LINGUAE HEBRAICAE
INSTITUTIONES

FACILI METHODO CONCINNATAE

C U M

EXERCITATIONIBUS GRAMMATICIS

In decem Verba Exodi XX.



NEAPOLI ANN. MDCCLXXI.

EX TYPOGRAPHIA RAYMUNDI

SUPERIORUM PERMISSU.

INDEX

Linguae Hebraicae Institutionum.

Ar-

De

Prae-

Errata, quae irrepserunt, Lector benevole, sic corrigas rogo. Pag. 10. v. 6. שַׁדַּי. 25. v. 11. אוֹהֵב. 28. v. 13. עָֽיִן. 32. v. 19. *secundus*. 33. v. 10. מֶלֶךְ

מֶלֶךְ 36. v. 12. *verba*. ibid. poſt vocem *jecora* pro integra periodo lege

Tzere ſub ultima in *ſceva* tranſit dummodo non praecedat *camerz*, ut הוֹבֵל *nauta*, הוֹבְלִים *nautae:* praecedente vero *camerz*, immotum manet, ut זָקֵן *ſenex*, זְקֵנִים *ſenes*. Sub penultima etiam in ſceva mutatur, ut סֵפֶר *liber*, סְפָרִים *libri*.

41. v. 6. הוֹרַת. ibid. v. 22. *ſomnus.* 53. v. 5. קָדְשֶׁךָ. 55. v. 19. שָׁנִים. 60. v. 7. יְשׁוּעָה. 73. v. 20. craſſis. 74. v. ult. *viſitabit*. 91. v. 11. נָמֵס. ibid. v. 14. [:] 96. v. 24. הַתִּיַּדַּע, הִתְוַכַּח. 106. v. 13. בּוֹכֶה 107. v. 25. *voluit*. 109. v. 9. הֱיִיתֶן 111. v. 22. מְחַיֶּה. 114. v. 24. ad penultimam. 115. v. 8. תַּעַשׂ, תַּעֲשֶׂה. 126. v. 12. פְּקָדֻנִי. 127. v. 24. *viſitavi*. 128. v. 11. ſecunda thematis. ibid. v. 25. ut. 139. v. 1. הִצְוַדְּנִי. 145. v. 21. אתכם. ibid. v. ult. *ultra*. 149. v. 6. הָאָרֶץ. 165. v. 19. deſignant, ibid. v. ult. זָבַח. 166. v. 13. *ad*. 176. v. 19. שְׁמוֹנָה. 181. v. 2. שָׂמֵחַ. 200. v. 4. וְעָבְדוּ.

LINGUAE HEBRAICAE *INSTITUTIONES*

CAPUT I.

De Ratione legendi.

VEteres Hebraei ante captam Hierosolymam alios characteres, ab his, quos proponemus usurpabant. Horum autem Figurae ab Esdra inventae putantur, uti D. Hieronymo in *Prologo Galeato* visum fuit.

Viginti duae Litterae enumerantur, juxta quem numerum Canon Hebraicus sacros libros complectitur; universae in uno versu Isaiae Cap.V. v.25. reperiuntur, earumque Ordo in Psal. XXXIV. (quem in legendi exemplum subjiciemus) & Threnorum Jeremiae Cap. I. invenitur.

LITTERARUM

Figura.	*Nomen.*	*Potestas.*
א	Aleph	*Spiritus lenis.*
ב	Beth	bh, *vel* v *consonans.*
ג	Ghimel	gh, g.
ד	Daleth	dh.
ה	He	h. *Spiritus asper.*
ו	Vau	v. *Consonans.*
ז	Zain	z.
ח	Cheth	hh *Aspiratio densior*
ט	Teth	t. (ut χ Graecor.
י	Jod	j. *Consonans.*
כ ך	Caph	ch. *vel* k.
ל	Lamed	l.
מ ם	Mem	m.
נ ן	Nun	n.
ס	Samech	ſ. (*ſiſſima.*
ע	Ain	h. *Aſpiratio fuit den-*
פ ף	Pe	ph. *vel* p.
צ ץ	Tzade	tz.
ק	Koph	k. *vel* q.
ר	Reſc	r.
שׁ שׂ	Scin. Sin	ſc. ſ.
ת	Tau.	th. *vel* t.

DE

DE LITTERIS.

Litterarum similium discrimen.

Ne inter legendum tirones unam pro alia litteram accipiant, litterarum similium discrimen diligenter advertendum est.

Litterae similes sunt שׁעסטוהדגב
שׂעםמזחרנכ
quae angulis, & lineis discernuntur, ut v. g. in ב est linea recta descendens, in כ curva, sic in ד angulus rectus, in ר rotundatur in arcum. Hîc Praeceptoris studium erit hasce litteras tironibus praesentibus exarare, earumque differentias minutissime definire.

De Litterarum Divisione.

Primum Hebraicae litterae juxta Pronuntiationis organa in quinque classes dividuntur. Sunt enim litterae,

I.	Gutturis	אהחע	*Abchabb.*
II.	Palati	גיכק	*Gichak.*
III.	Linguae	דטלנת	*Datlenath.*

IV. Dentium זסצרש *Zastzerasc.*
V. Labiorum בומף *Bumaph.*

Praeterea ex his quaedam ratione scriptionis latius deducuntur pro lineae complemento, quae voce divisa numquam finiri solet. Sunt litterae

אההלרתם

quae memoriae juvandae caussa una voce *Ahabhlratam* dicuntur.

Postremo quaedam duplicem figuram habent uti כמנפץ *Chamnephatz*, hae in fine dictionis hac figura scribuntur.

De Punctis sive Vocalibus.

Puncta sive Vocales, desuetudine Hebraici idiomatis id postulante, quatuordecim Figurarum diversitate sub consonis subjicere libuit Masorethis. Hae Hebraicae Vocales, servato Latinarum ordine *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, quinque longae, quinque breves, quatuor brevissimae existimantur.

Lon-

Longae

Figura.	*Nomen.*	*Poteſtas.*
ָ	Cametz	a
ֵ	Tzere	e
ִי	Chirek magnum	i
וֹ	Vau-Cholem	o
וּ	Vau-Surek	u

Breves

ַ	Pathach	a
ֶ	Seghol	e
ִ	Chirek parvum	i
ָ	Kametz-chatuph	o
ֻ	Kibbutz	u

Breviſſimae

ְ	Sceva	e
ֲ	Chateph pathach	a
ֱ	Chateph ſaegol	e
ֳ	Chateph cametz	o

Puncta vocalia consonis sic junguntur:

בָ, בֳ, בִ, בֶ, בַ, בוּ, בֹ, בוֹ, בִי, בֵ, בְ

אֶ, הֲ, חֱ עֳ

Hebraei cum scribunt, aut legunt, neque Latinorum, neque Graecorum ordinem servant: scribunt enim, & legunt a dextra ad sinistram tendentes, & prius consonam, quam punctum proferunt, sic מָ, לַ, בֶ, כִי *ma*, *la*, *be*, *chi*, non vero *am*, *al*, *eb*, *ich*. Tantum *cholem* non semper scribitur cum *Vau*, sed interdum compendii gratia amovetur *vau*, & *cholem* superne litteris imponitur, ut בֹ, כֹ, & *bo*, *co* proferunt.

Excipe voces, quae in fine dictionis habent *pathach* sub litteris הַ, חַ, עַ, quod *pathach Furtivum*, vel *Suffuratum* dicitur, tunc prius punctum, quam littera pronunciatur; ut אֱלוֹהַּ *Eloah Deus*; non *Eloha*, מָשִׁיחַ *Masciah Messias*, non *Masciha*, שׁוֹמֵעַ *scomeahh*, *audiens*, non *scomehha*.

Advertendum est compendii gratia punctum dextrum litterae שׁ accipi pro

cho-

cholem antecedentis litterae ; ut יֹשֵׁב *josceb*, *habitans*, & sinistrum punctum שׂ pro *cholem* ipsius שׁ, ut יָשֹׂר *jasor principem se geret*.

Hic operae pretium est tironum difficultati satisfacere, qui inter legendum Praeceptori saepius objiciunt, quomodo Hebraei, cum nullas proprie vocales habuerint, recte legerint.

Ut difficultati fiat satis. Veteres Hebraei vocalium loco quatuor consonis utebantur, videlicet א, ה, ו, י ; & quidem per א *aleph*, & ה *he*, *a*, per ו *vau*, *o*, & *u*, per (י) *jod i*, & *e* exprimebant. Erat autem difficillima isthaec legendi, pronunciandique ratio, tribus potissimum de caussis. Primum enim eaedem litterae modo vocalium, modo litterarum munere fungi debebant. Deinde cum eadem littera diversarum vocalium sonum obtinere posset ; difficilius erat divinare hujusne vocalis, an illius potius locum obtineret. Postremo saepe voces nullam harum litterarum habebant, sed intelligenda erat. Itaque, uti D. Hierony-

 mus

mus in Epist. CXXVI. ad Evagrium afferit, magis loquentium usu, quod verissimum est, quam doctrinae praeceptis pronunciandi ratio apud illos conservabatur. Qua de re posteriores Hebraei ad tollendam difficultatem, & ne Hebraici idiomatis scientia penitus interiret, quam ipsi traditione Majorum, & usu didicerant, ad artem revocare conati sunt, atque certa quaedam puncta excogitarunt, quae ubique Vocalium munus obtinerent.

Illud omnino exploratum non est, quo primum tempore hujusmodi puncta excogitata fuerint, consonisque subscripta. Et quamvis nonnulli contendant puncta Hebraica semper exstitisse, sed non semper scribendo expressa fuisse, immo ab ipso Mose ante Masorethas, vel ab alio praestanti Divinae legis doctore Sacra Biblia punctis, accentibusque distincta fuisse; verior tamen videtur Eliae Levitae Germani sententia, qui nonnisi post Christum natum apud Tiberiadem Palaestinae ann. 436. ab Eversione Templi,

pli, h. e. anno Reparatae Salutis 476. puncta haec a Masorethis excogitata, & Bibliis apposita contendit.

De Litteris Quiescentibus.

Omnes litterae proferuntur, quatuor tantum scil. יהוא quae memoriae caussa *Jehu* dicuntur, modo silent, modo pronuntiantur; proindeque cum proferuntur *moveri*, *mobiles esse*; at cum non pronuntiantur, *quiescere*, *silere* dicuntur.

א *Aleph* quiescit, ut בֹּא יָבֹא *bo jabo*, *veniendo veniet*.

ה *He*, ut יְהוּדָה *Jehuda*.

ו *Vau* in *Cholem*, & *Surek* silet, ut או *o*, *aut*; sic הוּא *hu*, *ille*. Verum si vocalem subscriptam habent, uti consonae proferuntur, ut יְהוָֹה *Jehova*, *Deus*; sic צִוָּה *tzivva*, *praecepit*.

י *Jod* in *tzere*, *saegol*, *chirek*, & *cametz* quiescit, ut סִפְרֵי *Siphre*, *libri*; תִּגְלֶינָה *tiglena*, *migrabitis*; נִין *nin*, *filius*; דְּבָרָיו *debarau*, *verba ejus*.

De Diphthongis.

Hebraei ex ו *vau*, & י *jod* Diphthongos constituunt; sic (י) *jod* in fine dictionis positum post *camerz*, aut *pathach*, & post *vau-cholem*, & *surek*, Diphthongi ex *jod* formatae dicuntur; ut אֲדוֹנָי *Adonai*, *Dominus* שַׁדַּי *Scaddai*, *Omnipotens*. גּוֹי *goi*, *gens*. תָּלוּי *talui*, *suspensus*.

Eadem ratione ו *vau* in fine dictionis positum post *cametz*, *pathach*, *chirek longum*, & *tzere* diphthongi formantur ex ו *vau*, ut דְּבָרָיו *debarau*, *verba ejus*, קָו *kau*, *linea*, פִּיו *piu*, *os ejus*, שָׁלֵו *scaleu*, *tranquillus*.

De Sceva Simplici, & *Composito*.

Sceva Simplex cum profertur, *mobile*, & *vocale*, cum non pronuntiatur *mutum*, & *immobile* nuncupatur.

I. *Sceva* profertur in principio dictionis ut שְׁמוֹר *scemor*, *custodi*.

II. Sub littera *Dagbesc Forti* ornata, ut לִמְּדוּ *limmedu*, *docuerunt*.

III.

III. Poſt alterum *Sceva*, ut תִּפְקְדוּ *tiphkedu*, *viſitabitis*.

IV. Sub littera geminata, ut הַלְלוּ *hallelu*, *laudate*.

V. Poſt vocalem longam Accentu Grammatico minime notatam, ut לָמַדְתָּ *lamedah*, *didicit*: ubi primus Accentus eſt Rhetoricus, de quo mox dicetur.

I. Non profertur in fine dictionis, ſive unum, ſive geminum ſit, ut מֶלֶךְ *malac*, *regnavit*, ſic וַיֵּשְׁתְּ *vajeſct*, *& bibit*.

II. Ante aliud *Sceva*, יְדַבְּרוּ *idberu*, *dicent*.

III. Poſt vocalem brevem, ut תִשְׁתַּחֲוֶה *thiſctahaveh*, *adorabis*.

Tandem omnis littera mobilis in extremitate dictionis, quae puncto careat, & littera *Dagheſc forti* ornata, implicitum (:) *ſceva* habere intelligitur: ut אָב *ab*, *pater*, idem eſt ac אָבְ *abe*; ſic סַבּוּ *Sabbu*, *circuiverunt*, pro סַבְבוּ *Sabebu*.

Sceva Compoſitum nimirum *Chateph-pathach*, *Chateph-ſaegol*, & *Chateph-*

teph-cametz sunt puncta litterarum Gutturalium propria loco *Sceva simplicis mobilis*. Gutturales enim litterae, ut facilius proferantur, Sceva compositum requirunt; atque hoc peculiare habent, ut punctum adscitum litterae praecedenti praebeant. Hinc recepta Grammaticorum Regula est: *Gutturalis punctat se, & litteram praecedentem*; sic יַעֲשֶׂה *jahhaseh*, *faciet*; ubi sub littera (י) exaratur (ַ) pathach ortum ex (ֲ) *Cateph pathach*; sic וְאֵין מָעֳמָד *veen mahhomad*, *& non est stabilitum*; ubi sub littera מ subscribitur (ָ) ortum ex puncto (ֳ) *Cateph-cametz*, quod est sub gutturali ע *ain*. Idem dicendum de *Cateph-saegol*. Atque heic cum Buxtorfio abs re non erit adnotare, *cametz* ante *cateph-cametz* hoc modo (ֳָ) euphoniae caussa per *cametz longum* pronunciandum esse, iccirco *mahhomad* legimus.

Aliquando *Sceva Compositum* vel resolvitur in suas vocales breves, remoto a se *Sceva*, ut תַּהַרְגוּ *tahargu*, *occidetis*, pro תַּהַרְגוּ: vel tantum retento

to *Sceva* dat litterae praecedenti punctum breve componens, ut יֶאְשְׁמוּ *jescemu*, *vastabuntur*, pro יֶאֱשְׁמוּ *jeescmu*.

Saepe *Cateph-segol* (ֱ) in *Tzere* (ֵ) ut בֵּאלֹהִים *Belohim*, *in Domino*; & *Cateph-pathach* (ֲ) in *pathach* (ַ) contrahuntur, ut לַאדֹנָי *ladonai*, *Domino*, pro בֶּאֱלֹהִים *Beelohim*, & pro לַאֲדֹנָי *Laadonai*.

Interdum Puncta ista rapta, sive composita etiam sub litteris geminatis inveniuntur.

Tandem advertas velim *Sceva Simplex* gutturalibus subscribi I. si praecedat Accentus Grammaticus; ut שְׁלַחְנוּ *scalahnu*, *misimus*. II. si praecedat *Chirek* sub littera servili, ut יִהְיֶה *ihjeh*, *erit*. III. si *pathach*, aut *saegol* excidat a Gutturali vel ob euphoniam; vel ob pronuntiationis facilitatem; ut יַחְפֹּץ *jahpotz*, *volet*, pro יַחֲפֹץ *jahapotz*; sic נֶאְדָּר *nedar*, *magnificus*, pro נאדר *needar*.

De

De Dagbesc, & *Mappik*.

Dagbesc est punctum in medio litterarum, estque duplex, alterum *Forte*, alterum *Lene* dicitur.

Dagbesc Forte est punctum, quod in omnibus litteris, quatuor gutturalibus א ה ח ע exceptis, & ר *resc*, infigitur, illasque in pronuntiatione geminat, asperioresque reddit, ut דִּבֵּר *dibber*, *dixit*.

Interdum *Dagbesc Forte* supplendum erit in pronuntiatione, quando litterae geminae se subsequuntur, ut הַלְלוּ *allelu*, *laudate*.

Aliquando *Dagbesc* euphoniae caussa litteris infigitur, quod *Euphonicum* nominatur, ut מַה־טּוֹב *ma-ttob*, *quam bonum*.

Dagbesc Lene usitatius in sex litteris ב, ג, ד, כ, פ, ת infigitur, illarumque aspirationem tollit in pronuntiatione, quaeque memoriæ causa בגד כפת *begad chephat* dicuntur. Infigitur autem in principio dictionis, aut post *Sceva Quiescens*; ut תִּצְפֹּן *tirzpon*, *abscondes*, non

non *tirzphon*; ubi ת *tau* habet *Daghesc* in principio, similiter פ post *Sceva Quiescens*.

Verum ut *Daghesc Forte* a *Leni* distinguatur, utrumque Daghesc expressum advertite in voce פִּקַּדְתָּ *pikkadta*, *visitasti*; ubi primum, & ultimum est *Daghesc Lene*, medium est *Forte*.

Mappik est punctum in medio litterarum ה *he*, & (י) *jod*, quod eas proferendas esse admonet, quae alioqui quiescerent; ut אֱלוֹהַּ *Eloah*, *Deus*; כָּמַהּ *camah*, *cupit*: sic צִיּוֹן *tzijon*, *Sion*: non vero *Eloa*, *cama*, *tzion*.

De Cametz longo, Cametz-catuph, & Cateph-cametz.

Ad distinguendum *Cametz longum* (ָ) quod per *a* profertur, a *Cametz-chatuph* (ָ) vel (ֳ) sive *o* brevi, quando *cametz-catuph* per nudum *cametz* absque *sceva* exprimitur, hîc nonnullae traduntur Regulae

I. Cametz ante *Sceva*, vel supplendum absque *Metheg* est *cametz-catuph*, sive

ſive o breve ; ut חָכְמָה *hocmah* , *Sapientia*.

II. *Cametz* ſine Accentu ante litteram *Daghesc Forti* ornatam , vel ſupplendo , eſt *o* breve ; ut רָנּוּ *ronnu*, *cantate*. Excipe בָּתִּים *battim*, *domus*, non vero *bottim*.

III. *Cametz* ultimum ante conſonam mobilem ſine Accentu , eſt *o* breve ; ut וַיָּקָם *vajakom* , & *ſurrexit*.

IV. *Cametz* ultimum ante conſonam mobilem ſequente *Makkaph* eſt *o* breve ; ut כָּל־אֲשֶׁר *col-aſcer* , *omnis* , *qui*.

V. *Cametz* ante gutturalem cum puncto cateph-cametz , eſt *o* breve ; ut הָאֳלוֹ *haolo* , *tentorium ejus*. Hoc diſcrimen inter *cametz breve* , & *cametz longum* intercedit.

Verum ut diſtinguatur *Cametz-catuph* a *cateph-cametz* hoc diſcrimen accipe.

I. Poſt *Cametz-catuph* ſemper vel *Sceva Quieſcens*, vel *Daghesc Forte* ſequitur ; numquam poſt *Cateph-cametz* ; ſic קָדְשׁוֹ *Kodſco* , *ſanctitas ejus* , ſic רָנּוּ *ronnu* , *cantate*.

II.

II. *Cateph-cametz* tantum Gutturalibus additur, at *Cametz-catuph* omnibus consonis subscribi potest.

III. Tandem *Cametz-catuph* nudo cametz (ָ) scribi potest, non sic *cateph-cametz*, quod semper cum *sceva* (ֳ) scribitur.

De Accentibus.

Legendi ratio Accentuum auxilio perficitur, & completur.

Hebraeorum Accentus in Grammaticos, & Rhetoricos dividuntur. Grammaticus quidem Accentus syllabam acuit, quam afficit; ex his quatuor praecipui enumerantur, quibus partes Orationis, & sententiae distinguuntur.

Primus סוֹף פָּסוּק *Soph-pasuk*, qui & סִילוּק *syllûc* nominatur, sub littera scribitur hoc modo בֽ, ut in voce דָּבָֽר *dabar*, *verbum*, nimirum quando syllabam tantum acuit, si vero orationem distinguit, sententiamque finit, tunc ei duo puncta crassiora ad sinistrum dictionis

latus addi ſolent, hac forma : דָּבָר *dabar*. Hic accentus aequatur punčto Latinorum.

Secundus vocatur אֶתְנָח *Athnah*, qui item infra litteram hac figura ſcribitur בָ : hic minori diſtinčtioni inſervit, & duobus punčtis Latinorum reſpondet.

Tertius eſt זָקֵף קָטֹן *Sakeph Katon*, hic ſupra litteram hoc modo pingitur בּ & punčto cum virgula reſpondet.

Quartus רְבִיעַ *Rebiahh*, hic item ſupra litteram ſcribitur hac forma בּ, & minimis diſtinčtionibus inſervit. Hi accentus in ultima, vel penultima ſyllaba notantur.

Accentus Rhetorici ſunt quatuor. Primus dicitur מֶתֶג *Metheg*, hic ſyllabam retinet, ne velocius proferatur, & ſub littera ſcribitur hac figura בְ.

Secundus dicitur מַיְּה *Mazze*, hic idem officium exercet, quod primus, ſed ſupra litteram notatur, ſic בּ.

Ter-

Tertius גַּעְיָא *Gabbaia*, Accentus hic ſolum punctum *Sceva* retinet, atque ſcribitur hac figura בְ.

Quartus eſt מַקָּף *Makkaph*, hic linea tranſverſa formatur hac figura ב־ר, & modo duas, modo tres dictiones inter ſe colligit, ut inſtar unius vocis unico accentu proferantur, ex. gr. וְלֶךְ־לְךָ *velec-leca*, & *vade tibi*: ſic etiam אַל־תַּאֲמֶן־בּוֹ *al-taamen-bo*, *ne credideris ei*.

Hîc advertas velim diſcrimen inter Grammaticos & Rhetoricos Accentus. Si in voce unus eſt Accentus, ille eſt Grammaticus; nulla enim eſt Hebraica vox ſine Accentu Grammatico.

Si duo Accentus adſunt, primus ad dexteram legentis eſt Rhetoricus, ſecundus ad ſiniſtram eſt Grammaticus: ut in voce שָׁמְרָה *ſcamerah*, *cuſtodivit*.

Praeterea quaelibet vox apud Hebraeos ſuum accentum habet, qui quidem ſi dictio habeat in ultima vocatur מִלְרַע *milrah*, ſive *brevis*, ſi in penultima מִלְעֵיל *milhhel*, ſive *longa*.

 De

De Sede Accentuum.

Quod ad Accentuum ſedem attinet, has regulas obſervato. Monoſyllaba ſemper Accentum habent, ut דָּת *dath*, *ritus*; ſi vero poſt ſe habet *Makkaph*, dictio naturalem Accentum amittit, quem *Makkaph* ſupplet, ut שֶׁם־יְהוָה *ſcem-Jehovah*, *nomen Domini*.

Diſſyllaba, & Polyſyllaba in penultima Accentum habent; ut קֹדֶשׁ *Kodeſc*, *ſanctitas*, בֶּגֶד *beghed*, *veſtis*. Excipe nomina Diſſyllaba, quae in ה deſinunt, ut בּוֹנֶה *boneh*, *aedificans*, פָּנָה *panah*, *aſpexit*. Nomina Pluralia maſculina, & feminina in ultima, Dualia in penultima, ſic מְלָכִים *melachim*, *Reges*, תּוֹרוֹת *thorot*, *leges*, יָדַיִם *jadaim*, *manus*.

Voces indeclinabiles diſſyllaborum, & polyſyllaborum legem ſervant, ut תַּחַת *tahat*, *ſub*: אַחֲרֵי *acharè*, *poſt*. Tandem Verba eo in loco Accentus habent, quo in Conjugationibus exaratos Accentus videbis.

Con-

Confulto reliquos Accentus Grammaticos omifimus, quippe qui tironum captui minime accommodati, & potius ad Muficam, quam ad Grammaticam pertinent.

ADMONITIO.

In legendi ratione admonendum reftat, quod Scriptores Mafforeth cum nonnullas effe in Bibliis perperam fcriptas dictiones advertiffent, ut huic incommodo profpicerent, collatis inter fe Bibliorum Exemplaribus, circulum hujufmodi א̊ vocibus perperam fcriptis fuper pofuerunt; extra vero in margine veriorem, ut ipfis videbatur, lectionem appofuerunt cum littera ק, quae per compendium fignificat קְרִי *Keri*, *lectum*, vel *legendum*. Harum correctionum tria genera reperies I. quaedam fcribuntur, fed minime leguntur: ut II. Samuelis XV. 21. כִּי אם בִּמְקוֹם אֲשֶׁר *quoniam in quocunque loco*: ubi vox אם fcribitur non legitur; in margine vero redditur

כְּתִיב וְלֹא קְרֵי *chetib*, *velo keri*, *scribitur*, *non legitur*. II. Quaedam scribuntur in margine, sed desiderantur in Textu, uti loc. cit. XVI. 23. כַּאֲשֶׁר שְׁאַל °·· בִּדְבַר הָאֱלֹהִים *chaascer sceal-bidbar baelohim*, *quasi interrogasset Vir secundum verbum Domini:* in margine vero extat vox אִישׁ *isc*, *vir*, cum litteris קרי ולא כתיב *lectum*, *& non scriptum*. III. Quaedam uno modo in Textu scribuntur (sed perperam), & alio leguntur in margine: ita Genes. XXIV. 14. in voce וְהַנַּעַר in margine scribitur littera ק i. e. קרי *lectum* וְהַנַּעֲרָה *& puella*. Haec paucula ne quid ad legendi rationem deesset, apposuimus; de varia harum vocum, quae ad 848. enumerantur, lectione, aut scriptione P. Serarii Prolegomena Biblica provectioribus Linguae Sanctae legere non sit molestum.

PRA-

PRAXIS LECTIONIS HEBRAICAE.

Psalmi XXXIV. secundum Hebraeos.

מִזְמוֹר

mizmor.

א אֲבָרְכָה אֶת־יְהוָה בְּכָל־עֵת תָּמִיד
תְּהִלָּתוֹ בְּפִי׃

Abbarecah eth–Jehovah bechol–hheth: thamid tehillatho bephi.

ב בַּיהוָה תִּתְהַלֵּל נַפְשִׁי יִשְׁמְעוּ עֲנָוִים
וְיִשְׂמָחוּ׃

Bajhovah tithallel naphsci: jismehhu hhanavim veismahu.

ג גַּדְּלוּ לַיהוָה אִתִּי וּנְרוֹמְמָה שְׁמוֹ
יַחְדָּו׃

Gaddelu lajhovah itti unromemah scemo jahdau.

ד דָּרַשְׁתִּי אֶת־יְהוָה וְעָנָנִי וּמִכָּל־
מְגוּרוֹתַי הִצִּילָנִי׃

Daraſcti eth–Jehovah vehhanani umiccol–megurothai bittzilani.

ה,ו הִבִּיטוּ אֵלָיו וְנָהָרוּ וּפְנֵיהֶם אַל־
יֶחְפָּרוּ׃

Hibbitu elau venaharu uphnehem al–jehparu.

ז זֶה עָנִי קָרָא וַיהוָה שָׁמֵעַ וּמִכָּל־
צָרוֹתָיו הוֹשִׁיעוֹ׃

Zeh hhani kara vajhovah ſcameahh: umiccol–tzarothau hoſcihho.

ח חֹנֶה מַלְאַךְ יְהוָה סָבִיב לִירֵאָיו
וַיְחַלְּצֵם׃

Honeh malach–Jehovah ſabib lireau vajhalletzem.

ט טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי־טוֹב יְהוָה אַשְׁרֵי
הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה־בּוֹ׃

Tahhamu uru chi–tob Jehovah aſcre haggeber jeheſeh–bbo.

י יְראוּ אֶת־יְהוָה קְדשָׁיו כִּי־אֵין מַחְסוֹר
לִירֵאָיו׃

Jeru

Jeru eth–Jehovah kedoscau : chi en mahsor lireau.

כ כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ וְדוֹרְשֵׁי יְהוָה לֹא־יַחְסְרוּ כָל־טוֹב׃

Chephirim rascu, verabhebu, vedorsce Jehovah lo–jahseru col–tob.

ל לְכוּ־בָנִים שִׁמְעוּ־לִי יִרְאַת יְהוָה אֲלַמֶּדְכֶם׃

Lechu–banim scimhhu–li: irath Jehovah alam: medchem.

מ מִי־הָאִישׁ הֶחָפֵץ חַיִּים אֹהֵב יָמִים לִרְאוֹת טוֹב׃

Mi–haisc hehaphetz hajim : oheb jamim liroth tob.

נ נְצֹר לְשׁוֹנְךָ מֵרָע וּשְׂפָתֶיךָ מִדַּבֵּר מִרְמָה׃

Netzor lesconcha merahh : uspathecha middabber mirmah.

ס סוּר מֵרָע וַעֲשֵׂה־טוֹב בַּקֵּשׁ שָׁלוֹם וְרָדְפֵהוּ׃

Sur

Sur merabb vabbaseh-tob : bakkesc scalom, verodpehu.

ע עֵינֵי יְהוָה אֶל־צַדִּיקִים וְאָזְנָיו אֶל־
שַׁוְעָתָם׃

Hbene Jebovah el tzaddikim : veoznau el scavbhatham.

פ פְּנֵי יְהוָה בְּעֹשֵׂי רָע לְהַכְרִית מֵאֶרֶץ
זִכְרָם׃

Pene Jebova bebhose rabb : lebacrith meeretz zicram.

צ צָעֲקוּ וַיהוָה שָׁמֵעַ וּמִכָּל־צָרוֹתָם
הִצִּילָם׃

Tzabbaku vajhova scameabb : umiccol–tzerotham bittzilam.

ק קָרוֹב יְהוָה לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב וְאֶת־דַּכְּאֵי־רוּחַ
יוֹשִׁיעַ׃

Karob Jebovah leniscbere–leb : veth daccbee–ruah josciabb.

ר רַבּוֹת הָעוֹת צַדִּיק וּמִכֻּלָּם יַצִּילֶנּוּ
יְהוָה׃

Rab-

Rabboth rabboth tzaddik umiccullam jattzilennu Jebovab.

ש שֹׁמֵר כָּל־עַצְמוֹתָיו אַחַת מֵהֵנָּה לֹא נִשְׁבָּרָה:

Scomer col–bbatzmothau abath mebenna lo nifcbarab.

ת תְּמוֹתֵת רָשָׁע רָעָה וְשֹׂנְאֵי צַדִּיק יֶאְשָׁמוּ:

Temotbeth rafcabb rabba : vefone tzaddik jefcamu.

פ פּוֹדֶה יְהוָה נֶפֶשׁ עֲבָדָיו וְלֹא יֶאְשְׁמוּ כָּל־הַחוֹסִים בּוֹ:

Podeb Jebova nepbefc bbabadau: velo jefcemu col–babofim bbo.

CAPUT II.

De Nomine.

IN Hebraico Nomine Genus, Numerus, Cafus, Regimen, Punctorum Mutatio, & Affixa potiffimum funt infpicienda.

Ge-

Genus.

Duplex Hebraeorum Nominum Genus eſt, Maſculinum, & Femininum; pauca reperiuntur Nomina, quae utrumque Genus habent, quod Commune dicitur.

Maſculina ſunt, Nomina Virorum, Fluviorum, Montium, Populorum, Menſium ſub quacumque terminatione veniant, & ea omnia, quae non exeunt in femininam terminationem; ut יִצְחָק *Iſaac*, יַרְדֵּן *Jordanes*, צִיּוֹן *Tzijon*, יְהוּדָה *Juda*, עִבְרִי *Hebraeus*, נִיסָן *Niſan*, *Martius*, עֵץ *lignum*, אוֹר *lux* טוֹב *bonus*, דָּבָר *verbum*.

Feminina ſunt Nomina Mulierum, Urbium, Ventorum, Membrorum, quae dualitatem denotant, ſeu quae natura ſua ſunt gemina, & deſinentia in ָה , ֶת , ית , ות ; ut תְּבוּנָה *intellectus*, תּוֹרָה *lex*, רֵאשִׁית *principium*, אֱמֶת *veritas*, לְזוּת *pravitas*, חַוָּה *Heva*, רֶגֶל *pes*, עַיִן *oculus*, דַּמֶּשֶׂק *Damaſcus*.

Communia ſunt nomina, quae modo

do

do in masculino, modo in feminino genere adhibentur, & Numeralia a viginti usque ad centum, de quibus suo loco agetur; אֵשׁ *ignis*, זָקָן *barba*.

Genus Neutrum Hebraei non agnoscunt, pro eo Masculinum, & frequentius Femininum adhibent; idque tam in Nominibus, quam Pronominibus; ut לֹא־טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ *non bonum est esse hominem solum Genes.* II. 18. ubi טוֹב masculinum pro neutro usurpatur; sic אַחַת שָׁאַלְתִּי מֵאֵת יְהוָה אוֹתָהּ אֲבַקֵּשׁ *unum petii a Domino hoc requiram*; in quo exemplo אַחַת femininum pro neutro adhibetur. Idem de Pronominibus dicendum.

Advertendum est si Genus Nominum ex traditis regulis non appareat, illud in contextu Biblico ex adjuncto Adjectivo, vel ex Verbo, vel ex Affixo, vel ex plurali feminini terminatione facillime dignosci.

Formatio Nominis.

Feminina Hebraei Nominis formatio

tio facile fit addendo ſyllabam הָ *ca-metz-he* ſingulari Adjectivo maſculino cum accentu, ut אִישׁ *vir*, אִשָּׁה *mulier*, גָּדוֹל *magnus*, גְּדוֹלָה *magna*. Haec quidem formatio tam Subſtantivis, quam Adjectivis communis eſt.

Nomina maſculina in (׳) *jod* finita duplici feminea terminatione formari poſſunt, ſcilicet הָ, & ת ut עִבְרִי *Hebraeus*, עִבְרִיָּה, & עִבְרִית *Hebraea*. Si Nomina in הֶ *ſegol-he* deſinant, ut feminina fiant (ֶ) *ſegol* in (ָ) *cametz* mutatur, ut יָפֶה *pulcher* יָפָה *pulchra*.

Heic obſervare juvat, interdum Adjectivis addi תֶ *ſegol-thau*, ut feminina fiant, ſic אַחֵר *alius*, אַחֶרֶת *alia*; hac terminatione etiam Participia gaudent.

Punctorum Mutatio ob Genus.

Apud Hebraeos Nomen cum e maſculino in feminum Genus transfertur, praeter femineam terminationem, Punctorum Mutationem quoque patitur, quam

quam quidem antequam explicemus in universum non nulla praenotare conducit. Primo puncta potissimum ob quinque caussas mutantur: prima mutatio fit ob motionem e masculino Genere in femininum: secunda ob Flexionem e Singulari Numero in Pluralem: tertia ob Regimen: quarta ob Affixa: quinta ob Accentus. Secundo qninque sunt puncta, quae mutantur: nim: (ַ) *pathach*; (ָ) *cametz*, (ֶ) *segol*, (ֵ) *tzere* (וֹ) *vau-cholem*; atque ea quidem sive in ultima, sive in penultima syllaba reperiantur, fere in (ְ) *Sceva* mutantur. Tertio ipsum quoque *Sceva* interdum mutatur, sed eam ob caussam, ne duo Sceva in principio dictionis concurrant, ut utrumque videatur legendum: tunc enim primum *Sceva* euphoniae caussa in (ִ) *chirek* mutatur; ut לִלְמוֹד *ad discendum*, pro לְלְמוֹד. Si vero primum *Sceva* sit *Compositum*, tunc *simplex sceva* aufertur, & solum punctum *Componens* remanet; ut חַכְמֵי *sapientes*, pro חֲכְמֵי, sic עֶגְלוֹ *vitulus ejus*, pro עֱגְלוֹ. Ultimo Hebræa No-

Nomina vel Monoſyllaba, vel Diſſyllaba, vel Polyſyllaba ſunt, in his tantum, prioribus immotis, duo ultima puncta mutantur. Unum excipe, ſi forte *Sceva*, uti modo adnotatum eſt, in *chirek* mutandum ſit, ne duo *ſceva* in principio dictionis concurrant: tunc enim in antepenultima etiam mutationem accidere videtur; ut שִׂפְתֵי *labia*, a שָׂפָה *labium*. Hæc in *Regimine* locum habent, de quo ſuo loco dicetur, & heic adnotaſſe ſat eſt. Age nunc ad Punctorum Mutationem ob Genus, de qua haſce Regulas obſervato.

Cametz, & *Tzere* (ָ ֵ) in penultima mutantur in *Sceva ſimplex*, vel *Compoſitum* ob Gutturalem; ut פָּקוּד *viſitatus*, פְּקוּדָה *viſitata*, שֵׁנִי ſecundus, שֵׁנִית *ſecunda*. Verum idem *Cametz* ſub penultima in nominibus ֶה *ſegol-he* finitis invariatum manet, ut יָפֶה *pulcher*, יָפָה *pulchra*.

Cametz ſub ultima manet, ut נִפְקָד *viſitatus*, נִפְקָדָה *viſitata*.

Tzere ſub ultima, niſi præcedat *cametz*,

metz, in *ſceva* mutatur, ut עִוֵּר *coecus*, עִוְרָה *coeca*: at præcedente *cametz*, manet, ut שָׁכֵן *vicinus*, שְׁכֵנָה *vicina*.

Pathach ſub ultima in *ſceva* mutatur, quod in tertiis femininis Verborum ſollemne eſt, ut פָּקַד, פָּקְדָה.

Segol (in forma, quam vocant ſex punctorum) penultimum in *ſceva*, & ultimum in *Cametz* tranſit, ut מֶלֶךְ *Rex* מַלְכָּה *Regina*.

Numerus.

Numerus eſt triplex, Singularis, Dualis, & Pluralis. De Singulari terminatione jam diximus.

Dualis numerus pro utroque genere unicam terminationem habet יִם *aim*, ac tantum ea nomina hunc numerum habent, quæ res geminas vel arte, vel natura ſignificant. Nomina Propria Duali carent. Pluralis in maſculinis deſinit in ים *im*; in femininis in ות *oth*.

Formatio Numeri.

Pro Pluralis maſculini, & feminini generis, & Dualis formatione haſce regulas obſervato.

Si ſingularis in littera mobili, ſeu Radicali terminat, tunc pro vario nominis genere vel dualis, vel pluralis terminatio eſt addenda, ut דָּם *ſanguis*, fit דָּמִים; כֶּסֶל, fit כְּסָלִים *ilia*; בָּשָׂר *caro*, fit בְּשָׂרִים *carnes*; רֶגֶל *pes*, רַגְלַיִם *pedes*; יָד *manus*, יָדַיִם *manus*; בֶּרֶךְ *genu*; בִּרְכַּיִם *genua*. Pluralis in femininis, uti dictum eſt, fit addendo ות, ut אוֹת *ſignum*, אוֹתוֹת *ſigna*.

In nominibus in ה vel ת *tau ſervili* finitis, ſingularis hæc terminatio amovetur, & ות additur, ut תּוֹרָה lex תּוֹרוֹת *leges*; ſic עֲטֶרֶת *corona*, עֲטָרוֹת *coronæ*. Excipe אָמָה *ancilla*, quæ retinet ה, ut אֲמָהוֹת *ancillæ*, & מַלְכוּת *regnum*, & גָּפְרִית *ſulphur*, quorum pluralis eſt מַלְכֻיוֹת, גָּפְרִיוֹת.

Terminatio ה *ſegol-he* aufertur, & quæcumque præcedens vocalis invaria-

ta

ta manet, ut יָפֶה *pulcher*, יָפִים *pulchri*, פֶּה *os*, פִּים *ora*.

Desinentia (ִי) interdum tollitur, ut יְהוּדִי *Judæus*, יְהוּדִים *Judæi*; interdum retinetur, ut נָקִי *purus*, נְקִיִּים *puri*.

Dualis Nominum, quæ in ָה desinunt, fit mutando, ה *he* in ת *tau* Duali terminatione; ut שָׂפָה *labium*, שְׂפָתַיִם *labia*.

Nomina formæ duplicis *segol*, quæ duali numero gaudent, primum *segol* in *pathach*, alterum in *sceva* mutant, ut קֶרֶן *cornu*, קַרְנַיִם *cornua*.

Nomina formæ ַיִ *pathach*, & *chirek* cum augentur in fine, contrahuntur in [ֵי] *tzere* cum *jod quiescente* ut זַיִת *oliva*, זֵיתִים *olivæ*.

Nomina, quæ in *pathach suffuratum* desinunt, cum augentur in fine, amittunt *pathach*, ut אֱלוֹהַּ *Deus*, fit אֱלֹהִים.

Ad extremum illud scire haud pigeat, interdum [י] *Jod* deficere in plurali terminatione, ut תַּנִּינִם *dracones* pro תַּנִּינִים: nonnulla Chaldæorum more in ִין desinere; ut אַחֲרִין *alii*; מַלְכִין *reges*; & nonnulla in ַי *ai* pro

ים desinere, ut הָרֵי *montes*, שָׂרֵי *Principes*; aliaque id genus, quæ in Bibliis occurrunt, & tirones de hac irregulari forma monuisse sat est.

Punctorum Mutatio propter Numerum.

Ob motionem nominis e singulari numero in pluralem, ejusdem nominis puncta mutantur.

Cametz sub penultima syllaba in *Sceva* mutatur, & sub ultima manet; ut דָבָר *verbum*, דְבָרִים verba; sic יָקָר *pretiosus*, יְקָרִים *pretiosi*; גָרוֹן *guttur*, גְרוֹנִים *guttura*; כָּבֵד *jecur*, כְּבֵדִים *jecora*.

Tzere sub ultima in *Sceva* transit; ut סֵפֶר *liber*, סְפָרִים *libri*; & sub penultima, dummodo non præcedat *Cametz*, etiam in *Sceva* mutatur; ut רוֹכֵב *eques*, רוֹכְבִים *equites*: præcedente vero *Cametz* immotum manet, ut זָקֵן *senex*, זְקֵנִים *senes*.

Segol sub penultima in *sceva*, & sub ultima in *Cametz* mutatur, ut מֶלֶךְ *Rex*, מְלָכִים *Reges*.

Cho-

Cholem tum penultimum, tum ultimum manet, ut כּוֹכָב *ſtella*, כּוֹכָבִים *ſtellæ*, גָּדוֹל *magnus*, גְּדוֹלִים *magni*. Si vero poſt *Cholem* penultimum ſequatur *Segol*, aut *Pathach* pro *Segol*, tunc Cholem tranſit in *Sceva*, ut פּוֹעַל *actio*, פְּעָלִים *actiones*. Interdum *Cholem* ultimum euphoniæ cauſſa in *Kibbutz* cum *Daghesc* in ſequenti mutatur, ut אָדוֹם *rufus*, אֲדֻמִּים *rufi*.

Pathach penultimum cum pro *Segol* adhibetur (tunc Pathach pro Segol adhibetur, cum Accentus Tonicus eſt in penultima) in *Sceva*, & ultimum in *Cametz* convertitur, ut טַעַם *guſtus*, טְעָמִים *guſtus*.

Reliqua puncta, de quibus nulla regula traditur, invariata manent in quacumque ſyllaba reperiantur.

E X C E P T I O

Generis & Numeri.

Excipiuntur quædam nomina, quæ irregularem numeri, & generis varia-

tionem habent. Quædam enim in singulari femininum, at in plurali masculinum Genus servant, & contra; ut אֵלָה *quercus*, אֵלִים *robora*, דְּבוֹרָה *apis*, דְּבוֹרִים *apes*. sic אָב *Pater*, אָבוֹת *Patres*, הָזֶה *pectus*, הָזוֹת *pectora*, לָשׁוֹן *lingua*, לְשׁוֹנוֹת *linguæ*.

Nonnulla in plurali utramque terminationem masculinam, & femininam habent, ut זִכָּרוֹן *memoria*, זִכְרוֹנִים, & זִכְרוֹנוֹת *memoriæ*; לֵבָב *cor*, לְבָבִים, & לְבָבוֹת *corda*; עֶצֶם *os*, עֲצָמִים, & עֲצָמוֹת *ossa*; זְרוֹעַ *brachium*, זְרוֹעִים, & זְרוֹעוֹת *brachia*.

Quædam tantum numerum dualem habent; ut מַיִם *aqua*, נְחִירַיִם *nares*, מֵעַיִם *viscera*.

Quædam plurali numero gaudent: ut פָּנִים *vultus*. Tandem nonnulla plurali destituuntur; ut מְרוֹרָה *fel*.

Quod ad punctorum Mutationem, excipitur primum *cametz* in voce חָרָשׁ *artifex*, cujus pluralis חָרָשִׁים *artifices*.

Penultimum *tzere* si sit loco Daghesc ejecti, quod manet; ut חֵרֵשׁ *surdus*, חֵרְשִׁים *surdi*. Item *tzere* ulti-

timum quarumdam vocum, in quibus mutatur in *chirek* cum *daghesc* in sequenti; ut קֵן *nidus*, קִנִּים *nidi*.

Similiter *tzere* ante consonam quiescentem manet; ut הֵיכָל *templum*, הֵיכָלִים *templa*.

Præterea יוֹם *dies*, יָמִים *dies*, אֱנוֹשׁ *homo* אֲנָשִׁים *homines*, תַּיִשׁ *hircus*, תְּיָשִׁים *hirci*, בַּיִת *domus*, בָּתִּים.

Denique nomina, quæ ex Defectivis ortum ducunt, mutant *Pathach* in *Chirek* cum *Daghesc*, ut מַס *tributum*, מִסִּים *tributa*, פַּת *buccella*, פִּתִּים *buccellæ*, & alia id genus, quæ usu potius addiscuntur, quam regulis tradi possunt.

Articulus, sive Casuum Nota.

Nomina Hebraica Genere & Numero, non vero Casibus distinguuntur, qui semper iidem sunt, nec aliam, quam Regiminis, aut Numeri terminationem recipiunt, eamque invariatam servant. Verum per Notas, seu Particulas nomini præfixas cognoscuntur.

Nominativus raro articulum habet, nisi

nisi הַ *demonstrativum*, & אֵת ante passiva; ut יִקָּרֵא אֶת שִׁמְךָ *vocabitur nomen tuum*.

Genitivus communiter per Regimen, & per לְ cum puncto *sceva*, ut שְׁנַת לְגָלוּת *Annus Migrationis*.

Dativus per לְ puncto *Sceva* subscriptum; ut לְרֹאשִׁי *capiti meo*.

Accusativus per אֵת, vel אֶת־; ut אֶת־יְהוָֹה *Dominum*.

Ablativus per מִן, vel מִ cum *Daghesc* in sequenti littera pro abjecta littera נ *nun*, ut מִכָּל־מְלַאכְתּוֹ *ab omni opere suo*.

Tandem Casus non solum ex Particulis, verum etiam ex Syntaxi dignoscuntur.

Regimen.

In Nomine tum *Status Absolutus*, tum *Constructus* advertendus est. *Absolutus* autem Nominis *status* est quando nomen ab alio nomine non regitur; ut שָׁמַיִם *cælum*, אֶרֶץ *terra*. *Status* vero *Constructus*, seu *Forma Constructa*, sive *Regimen* habetur, quando no-

nomen ab alio nomine regitur, quod genitivo caſu reddunt Latini, v. gr. בֵּית הַמֶּלֶךְ *domus Regis*, שִׁיר שִׁירִים *Canticum Canticorum*, תּוֹרַת יְהוָה *Lex Dei*. In quibus exemplis voces בֵּית, תּוֹרַת, שִׁיר in *Regimine* eſſe dicuntur.

Hinc fit, ut Nomen, quod eſt in Regimine, tum Punctorum, tum Litterarum mutationi obnoxium ſit, quæ quidem mutatio vel in penultima, vel in ultima, vel in utraque ſyllaba accidit.

Punctorum Mutatio propter Regimen.

Puncta Nominis, quod eſt in Regimine, ex longis fiunt brevia, nimirum *cametz*, & *tzere* (ָ ֵ) ſi in penultima ſyllaba reperiantur in (:) *ſceva ſimplex*, vel *compoſitum* ob gutturales mutantur; ut נָבוֹן *peritus*, fit נְבוֹן מִלְחָמָה *peritus belli*: ſic שֵׁנָה ſomnus, שְׁנַת עוֹלָם *ſomnus æternitatis*. Si vero in ultima ſyllaba inveniantur, in *pathach* mutantur; ut דְּבַר נָבִיא *verbum Prophetæ*, a דָּבָר: ſic זְקַן עִיר *ſenex Urbis*, a זָקֵן.

Se-

Segol ultimum, & penultimum, seu Nomina *sex Punctorum*, manent, ut אֶרֶץ מִצְרַיִם *Terra Aegyptiorum*. Verum *segol* ultimum in nominibus cum ה *segol-he* finitis mutatur in *tzere*, ut מִקְנֶה *possessio*, מִקְנֵה צֹאן *possessio ovium*.

Item Nomina *quinque Punctorum* (ֵ ֶ) *tzere segol* invariata manent; ut סֵפֶר *liber*, סֵפֶר הַתּוֹרָה *liber Legis*.

Praeterea puncta, seu forma ַיִ *pathach*, & *chirek* in (ֵי) *tzere*, cum quiescente littera *Jod* contrahitur, ut חַיִל *exercitus*, חֵיל הַמֶּלֶךְ *exercitus Regis*.

In tribus nominibus אָב *pater*, אָח *frater*, חָם *socer*, *camez* in *sceva compositum* ob gutturalem mutatur, & *chirek longum* in fine adsciscunt, ut אֲבִי, אֲחִי, חֲמִי, sic אֲבִי מֶלֶךְ *Pater Regis*. &c.

Item מָוֶת *mors*, אָוֶן *iniquitas*, תָּוֶךְ *medium*, ob regimen contrahuntur in (ו) *Vau-cholem*; *ut* מוֹת יְשָׁרִים *mors justorum*, &c.

Monosyllabum פֶּה *os*, ob regimen fit פִּי; sic פִּי חָכָם *os sapientis*. רֵעֶה *amicus* nihil mutat, & בֵּן *filius*, fit בֶּן, & quandoque בִּן.

Ex-

Excipe nonnulla, quæ ultimum *cametz* invariatum retinent, & nonnulla, quæ penultimum *cametz* & *tzere* servant.

Litterarum Mutatio ob Regimen.

Regimen præter Puncta, etiam Litteras mutat, nimirum in nominibus הָ *cametz-he* finitis mutatur ה *he* in ת *tau*; & (ָ) *cametz* in (ַ) *pathach*; ut מַלְכָּה *Regina*, מַלְכַּת מִצְרַיִם *Regina Aegypti*. Reliquæ terminationes singularis numeri invariatæ manent. Pluralis desinentia ים, & Dualis יִם mutatur in (ֵ) *tzere* cum quiescente littera *Jod*; ut מְלָכִים *Reges*, מַלְכֵי אֶרֶץ *Reges terræ*; sic עֵינַיִם *oculi*, עֵינֵי יוֹנִים *oculi columbarum*. Tandem Feminina in plurali nihil mutant.

De Pronomine.

Quinque sunt Hebræis Pronomina, Primitivum, Possessivum, Demonstrativum, Relativum, In-

Interrogativum. Primitivum per tres Perſonas ſeparatim inflectitur. Pronomina autem, excepto Pronomine primæ perſonæ, utrumque Genus habent, ſicuti etiam Affixa, de quibus mox dicetur.

Vocativus in Pronominibus primæ, & tertiæ perſonæ non reperitur, in ſecunda perſona idem eſt ac Nominativus.

Inflexio Pronominum Primitivorum.

Prima Perſona Generis Communis.

Pluralis.			Singularis	
Nos	אֲנַחְנוּ	*Ego*	אֲנִי	Nom.
Noſtrum	שֶׁלָּנוּ	*Mei*	שֶׁלִּי	Gen.
Nobis	לָנוּ	*Mihi*	לִי	Dat.
Nos	אוֹתָנוּ	*Me*	אוֹתִי	Acc.
a Nobis.	מִמֶּנּוּ	*a Me.*	מִמֶּנִּי	Abl.

Per-

Persona secunda:

Feminina	*Singul.*	*Masculina*	*Singul.*
אַתְּ	*Tu*	אַתָּה	Nom.
שֶׁלָּךְ	*Tui*	שֶׁלְּךָ	Gen.
לָךְ	*Tibi*	לְךָ	Dat.
אוֹתָךְ	*Te*	אוֹתְךָ	Acc.
מִמֵּךְ	*a Te.*	מִמְּךָ	Abl.

Feminina	*Plural.*	*Masculina*	*Plural.*
אַתֶּן	*Vos*	אַתֶּם	Nom.
שֶׁלָּכֶן	*Vestrum*	שֶׁלָּכֶם	Gen.
לָכֶן	*Vobis*	לָכֶם	Dat.
אֶתְכֶן	*Vos*	אֶתְכֶם	Acc.
מִמְּכֶן	*a Vobis.*	מִמְּכֶם	Abl.

Tertia Persona.

Feminina	*Singul.*	*Masculina*	*Singul.*	
Illa	הִיא	*Ille*	הוּא	Nom.
Illius	שֶׁלָּהּ	*Illius*	שֶׁלּוֹ	Gen.
Illi	לָהּ	*Illi*	לוֹ	Dat.
Illam	אוֹתָהּ	*Illum*	אוֹתוֹ	Acc.
ab Illa.	מִמֶּנָּה	*ab Illo.*	מִמֶּנּוּ	Abl.

Fe-

Feminina Plural.		Masculina Plural.		
Illae	הֵן	*Illi*	הֵם	Nom.
Illarum	שֶׁלָּהֶן	*Illorum*	שֶׁלָּהֶם	Gen.
Illis	לָהֶן	*Illis*	לָהֶם	Dat.
Illas	אוֹתָן	*Illos*	אוֹתָם	Acc.
ab Illis.	מֵהֶן	*ab Illis.*	מֵהֶם	Abl.

ADNOTATIO.

In Scripturis alii caſus Pronominum, litteris vel punctis diverſi inveniuntur. Sic legitur אָנֹכִי pro אֲנִי *ego*, מֶנִּי, & מִנִּי *a me*. נַחְנוּ *nos*. מִכֶּם *a vobis* maſc. מִכֶּן *a vobis* fem. אַתֵּנָה *vos*. לָכֶנָה *vobis*, pro לָכֶן · מִנְהוּ, מֶנְהוּ *ab illo*. הֵמָּה *illi*; הֵנָּה *illæ* poetice לָמוֹ *illis* maſc. לָהֵנָּה *illis* fem. מֵהֵמָּה *ab illis* maſc. מֵהֵנָּה *ab illis* fem.

Tandem hîc illud adnotandum Pronomina vicem Verbi Subſtantivi *ſum*, *es*, *eſt* gerere.

Pronomina Poſſeſſiva.

Cum Hebræi integra Pronomina Poſ-

Possessiva scilicet *meus*, *tuus*, *noster*, *vester* non habeant; ea tamen ex ultimis syllabis Primitivorum efformant. Hæ autem ultimæ syllabæ excisæ ex integro Pronomine vocum extremitati ad possessionem significandam affiguntur, proindeque *Affixa* sive *Suffixa* a Grammaticis nuncupantur.

Horum Pronominum Possessivorum Affixio apud Hebræos usitatissima est, & nonnihil difficultatis Tironibus afferre solet; iccirco ad levandum fastidium omnia tam masculina, quam feminina in uno, & altero nomine masculino & feminino afferemus.

Nomen

Singulare.	*Masculinum.* *cum Affixis.*	*Plurale.*
שִׁיר *canticum.*		שִׁירִים *cantica.*
שִׁירוֹ *canticum ejus.* m.		שִׁירָיו *cantica ejus* m.
שִׁירָהּ *canticum ejus.* f.		שִׁירֶיהָ *cantica ejus* f.

can-

שִׁירְךָ *canticum tuum*. m.	שִׁירֶיךָ *cantica tua* m.
שִׁירֵךְ *canticum tuum*. f.	שִׁירַיִךְ *cantica tua* f.
שִׁירִי *canticum meum*. com.	שִׁירַי *cantica mea* com.
שִׁירָם *canticum eorum*.	שִׁירֵיהֶם *cantica eorum*
שִׁירָן *canticum earum*.	שִׁירֵיהֶן *cantica earum*
שִׁירְכֶם *canticum veſtrum*. m.	שִׁירֵיכֶם *cantica veſtra* m.
שִׁירְכֶן *canticum veſtrum*. f.	שִׁירֵיכֶן *cantica veſtra* f.
שִׁירֵנוּ *canticum noſtrum* com.	שִׁירֵינוּ *cantica noſtra* com.

Nomen

Singulare *Femininum cum Affixis* *Plurale*

תּוֹרָה *lex*	תּוֹרוֹת *leges*:
תּוֹרָתוֹ *lex ejus* m.	תּוֹרוֹתָיו *leges ejus* m.
תּוֹרָתָהּ *lex ejus* f.	תּוֹרוֹתֶיהָ *leges ejus* f.

le-

תוֹרָתְךָ *lex tua* m.	תּוֹרוֹתֶיךָ *leges tuae* m.
תּוֹרָתֵךְ *lex tua* f.	תּוֹרוֹתַיִךְ *leges tuae* f.
תּוֹרָתִי *lex mea* com.	הוֹרוֹתַי *leges meae* com.
הוֹרָתָם *lex eorum*	תּוֹרוֹתֵיהֶם *leges eorum*.
תּוֹרָתָן *lex earum*	הוֹרוֹתֵיהֶן *leges earum*.
תּוֹרַתְכֶם *lex vestra* m.	תּוֹרוֹתֵיכֶם *leges vestrae* m.
הוֹרַתְכֶן *lex vestra* fem.	הוֹרוֹתֵיכֶן *leges vestrae* f.
תּוֹרָתֵנוּ *lex nostra* com.	תּוֹרוֹתֵינוּ *leges nostrae* com.

In appositis exemplis observare est, propter Affixa Nomina tum Vocalium, tum Litterarum mutationem subire, de quibus hasce regulas observato.

Litterarum Mutatio propter Affixa.

Nomina Pluralia masc. gen., & Dua-

lia

lia quandò recipiunt Affixa, terminationem ים ֵ, & ים ֶ amittunt; ut טובים *bonitates* טוביו *bonitates ejus*; sic עינים *oculi*, עיני *oculi mei*.

Terminatio ה ֶ *segol-he* aufertur, sic שׂדה *ager*, שׂדי *ager meus*. Verum ante affixum femininum ה *ejus* *Segol* manet, ut מקנה *pecus*, מקנה *pecus ejus*.

Tandem terminatio fem. ה ָ ob affixa, fit ת ַ, ut תורה *lex*, תורתו *lex ejus*.

Punctorum Mutatio propter Affixa.

Inter Affixa, quæ in nominibus puncta mutant, sunt quatuor, nimirum הן, הם, כן, כם, quæ *Constructa* vocantur, eo quod eam in nominibus, quibus adjunguntur, punctorum mutationem postulent, ac si in *forma constructa* reperirentur. Sic דבריכם *verba vestra*; in quo exemplo terminatio ים pluralis mutata est in *tzere* cum *Jod quiescente*, & (ָ) *cametz* penultimum in (ְ) *sceva*, & primum

sce-

sceva in *chirek*, ne duo *sceva* in principio dictionis concurrant.

Cametz penultimum in *Sceva Simplex*, vel *Compositum* ob Gutturalem mutatur, & ultimum manet; ut דְּבָרוֹ *verbum ejus*, a דָּבָר. Verum in masculinis pluralibus *Cametz* penultimum manet; ut דְּבָרָיו *verba ejus*, a דְּבָרִים; & ante Affixa Constructa *Cametz* ultimum num. sing. transit in *Pathach*; ut דְּבַרְכֶם *verbum vestrum*.

Tzere sub penultima transit in *Sceva*; ut לֵבָב *cor*, לְבָבְךָ *cor tuum*. *Tzere* sub ultima præcedente cametz non mutatur; ut שָׁכֵן *vicinus*, שְׁכֵנִי *vicinus meus*: si non præcedat Cametz in *Sceva* convertitur; & ante aliud *Sceva* in *Segol*, aut *Pathach*, aut *Chirek*, ne duo sceva in principio dictionis concurrant, ut כּוֹרֵם *vinitor*, כּוֹרְמָם *vinitor illorum*. Sed ante affixa constructa mutatur in *Pathach*; ut שְׁכֶנְכֶם *vicinus vester*. Advertendum est, quod si post Tzere sequatur *Jod mutum*; ut הֵיכָל *templum*, manet *Tzere*; ut הֵיכָלוֹ *templum ejus*. In forma (ֵ׃) *Sceva* &

Chirek, ut פְּרִי *fructus* ob Affixa puncta transponuntur, ut פִּרְיָהּ *fructus ejus*. Ante Affixa Constructa forma haec manet, ut פְּרִיהֶם *fructus eorum*.

Segol ultimum, & penultimum, sive *Forma Sex Punctorum*, ut בֶּגֶד *vestis*, & *forma quinque Punctorum*, ut סֵפֶר *liber*, in utraque syllaba mutantur in *Sceva*, primumque Sceva in *Chirek*, vel *Pathach*, vel *Segol*, ne duo Sceva simul concurrant; ut בִּגְדְךָ *vestis tua*; sic סִפְרָם *liber illorum*.

Forma *duplicis Pathach*, ut נַעַר *puer*, בַּעַל *dominus* formam duplicis *Segol* sequitur; ut נַעֲרוֹ *puer ejus*: sic בַּעֲלִי *dominus meus*. Illud advertendum est, *Pathach* ultimum in nominibus ortis ex Defectivis, in *Chirek* cum *Daghesc* in sequenti mutari; ut מַס *tributum*, מִסּוֹ *tributum ejus*; hac ratione hujusmodi nomina recipiunt Affixa.

Forma (ַיִ) *pathach-chirek* in (ֵי) *tzere* cum quiescente littera Jod contrahitur; ut חַיִל *exercitus*, עַיִן *oculus*, חֵילָם *exercitus eorum*; sic עֵינֶיךָ *oculi tui*.

Cholem sub penultima manet; ut

אוצר

אוצר *thesaurus*, אוֹצָרוֹ *thesaurus ejus*: si vero post se habeat (ֶ) *segol*, aut (ַ) *pathach* loco segol, tunc transit in (ׇ) *cametz-catuph*, aut (ֻ) *Kibbutz*, ut קוֹדֶשׁ *sanctitas*, קָדְשְׁךָ *sanctitas tua*; sic גּוֹדֶל *magnitudo*, גָּדְלוֹ *magnitudo ejus*. At si secunda Radicis est gutturalis ob Affixa habebit (ׇ) *cametz-catuph*, & sub prima (ָ) *cametz* euphoniæ caussa, ut אֹהֶל *tabernaculum*, אָהֳלְכֶם *tabernaculum vestrum*.

Cholem ultimum numquam mutatur, ut כָּבוֹד *gloria*, כְּבוֹדֵנוּ *gloria nostra*. Verum in nominibus ortis ex *Defectivis* in secunda littera radicali mutatur in *Kibbutz* cum Daghesc in sequenti, ut סֹךְ *tabernaculum*, סֻכָּם *tabernaculum eorum*.

Tandem feminina pluralia ad instar nominis affixa recipiunt, ut צְדָקוֹת *justitiæ*, a צְדָקָה, צִדְקוֹתָם *justitiæ eorum*.

Exceptio:

Nomina אָב *pater*, אָח *frater*, חָם *so-*

focer ob affixa recipiunt (ִי) *Chirek-longum* in fine, & *cametz* invariatum servant; ut אָבִיךָ *Pater tuus:* sed cum Affixis Constructis cametz mutatur in *Sceva compositum* ob gutturalem; ut אֲבִיכֶם *Pater vester*.

Tria Nomina מָוֶת *mors*, אָוֶן *iniquitas*, תָּוֶךְ *medium* ob Affixa in (וֹ) *Vau-cholem* contrahuntur; ut מוֹת, אוֹן, תוֹךְ, fit מוֹתָהּ *mors ejus* &c.

Peculiarem exceptionem habent שֶׂה *agnus*, & פֶּה *os*; sic שֵׂיוֹ *agnus ejus*, cum (') *Jod* quiescente, perinde ac esset fomæ שֵׂיֶה; sic פִּיךָ *os tuum*, dictio haec, excepto affixo primae personae, cum aliis affixis recipit (') quiescens in *Chirek*.

Excipiuntur & alia nomina, quæ usu addiscere facillimum est.

Pronomina Demonstrativa.

זֶה *hic*, *iste*, זוֹ, זֹה, זֹאת *hæc*, *ista*, זוּ *hic*, & *hæc*: in plurali numero אֵלֶּה, אֵל *hi*, *hae*, *isti*, *istæ*. Legitur etiam הַלָּזֶה, & הַלָּז *hic idem*: הַלֵּזוּ *hic*

hic ipse : הָאֵל *hi*, aut *hæ ipsæ*.

Pronomina Relativa.

אֲשֶׁר *qui*, *quae*, *quod* omne genus, omnes casus, & numeros complectitur. Interdum pro אֲשֶׁר sola littera שׁ *scin* ponitur compendii gratia. Interdum etiam אֲשֶׁר adverbialiter usurpatur, ac *si*, *sic*, *immo*, *ut*, *uti*, *&*, *quoniam* denotat.

Pronomina Interrogativa.

מִי *quis*, *quae?* interrogativum personæ; מָה, מַה, מֶה *quid?* interrogativum rei; pronomina hæc omne genus, omnesque numeros complectuntur. Invenitur etiam מָן *quid?* Nonnumquam מַה, מָה, מֶה *quam*; *cur*; *quomodo* significant; sic מַה־טּוֹב *quam bonum!* & cum littera כ *tot*; *quot*; *quoties* denotant; sic כַּמֶּה שָׁנִים *tot anni* &c.

Hic adnotes velim, quod si ex demonstrativis, relativis, & interroga-

tivis obliquos casus formare contingat; articuli more nominum adjunguntur: sic לָזֶה *huic*; מִזֶּה *ab hoc*; אֶת־הָאֵלֶּה *hos*, *has*; לַאֲשֶׁר *cui*, *quibus*; מֵאֲשֶׁר *a quo*, *a quibus*; לְמִי *cui? quibus?* מִמִּי *a quo? a quibus?*

Tandem quando post מַה, מִי &c. ponitur relativum אֲשֶׁר, vel sola littera שׁ, uti dictum est, explicatur per *is*, *ea*, *id*; ut מִי אֲשֶׁר לָמַד *is*, *qui didicit*; מַה שֶּׁהָיָה *id*, *quod fuit*.

De Litteris Servilibus sive Præfixis.

Litteræ Serviles, sive *Praefixa* sunt, quae vocibus praefiguntur, & vicem Praepositionum, Adverbiorum, vel Conjunctionum gerunt, earumque loco orationi deserviunt. In hisce vocibus מֹשֶׁה וְכָלֵב *mosce vecaleb*, memoriae caussa ad libitum efformatis continentur.

מ *Mem.*

Servilis hujusce litteræ punctum est (.)

(ִ) *chirek*, cum *dagbesc forti* in sequenti littera, atque *ab*, *ex*, *cum*, *pro*, *propter*, *ne* denotat ut מִדּוֹר *a generatione*. Si vero littera non admittat *dagbesc*, uti gutturalia, & ר *resc*, tunc puncta brevia in longa mutantur: nempe (ִ) *chirek* in (ֵ) *tzere*, (ֻ) *kibbutz* in (וֹ) *vau-cholem*, (ַ) *pathach* in (ָ) *cametz*, ut מֵרוּחַ *e spiritu*: מֵעֲוֹנֵינוּ *ab iniquitatibus nostris*. Interdum tamen, potissimum ante litteras ה, ח, ר, proprium *chirek* retinet; ut מִחוּט *a filo*, &c.

Si vero praeit *Jod sceuatum*, quiescit *Jod* in *chirek*; ut מִיהוּדָה *ex Juda*, pro מִיְּהוּדָה. Postremo in Comparationibus adhibetur, de quibus mox dicetur.

Regulam hanc, quam de *Dagbesc* infigendo tradidimus, etiam in sequentibus duabus litteris observato.

שׁ *Scin*.

Subscribitur huic litterae punctum (ֶ) *segol* cum *dagbesc*, quod invariatum servat etiam ante litteram, quae *dagbesc* ex-

excludit, & *qui*, *quae*, *quod* denotat; atque utrumque numerum, omnesque casus complectitur: ut שֶׁפָּדָה *qui redemit*; שֶׁעָלוּ *quæ ascenderunt*. Item *quia*, *quod*, ut שֶׁאַתָּה *quod tu*. Reperitur, sed rarius, cum (ּ), (-), (:), sed librariorum oscitantiæ tribuendum.

ה *He*.

Cum puncto (-) *pathach*, & *daghesc*, *hic*, *haec*, *hoc* denotat. Primo demonstrativum, seu notificativum est signum; ut הַבַּיִת *haec domus*. Si vero sequens littera *daghesc* non recipit, mutat (-) *pathach* in (ּ) *cametz*, ut defectus per punctum longum compensetur; ut הָרֶכֶשׁ *hic equus*, הָעֶבֶד *hic servus*.

Excipiuntur litteræ ה, ח, & מ participiorum, & litterae scevatae, quas ante ה *he* suum *pathach* servat, licet daghesc non sequatur, ut הַהֵיכָל *hoc templum*, הַחַלּוֹן *haec fenestra*, הַמְפַקְדִים *ipsi visitantes*, הַיְאוֹר *hoc flumen*. Item excipiuntur gutturalia, quae puncto (ּ) *ca-*

(ָ) *cametz* ſubſcribuntur, quas ante (ַ) *pathach* mutatur in (ֶ) *ſegol*, ut הֶהָמוֹן *copia haec*, הֶעָרֵל *hic incircumciſus*.

Inſuper littera ה *he* quando verbo, vel participio praefigitur, relativum *qui*, *quae*, *quod*, ſicuti etiam ש, pro utroque numero, & omnibus caſibus refert; ut רֵעֶה הַפּוֹקֵד *amicus*, *qui viſitat*. Ad haec admirationis, & interrogationis eſt nota cum puncto (ֲ) *chateph-pathach*, ut הֲחֲמוֹר *num aſinus*. Verum ante ſyllabam ſcevatam, & ante gutturalem litteram, plerumque habet ſolum *pathach* abſque *ſceva*, ut הַפְּקוּדָה *num viſitata?* הַאִם *an ſi?* vel (ֶ) *ſegol* ante gutturalem puncto (ָ) *cametz* notatam, ut הֶהָיְתָה זֹאת *numquid factum eſt iſtud?* interdum eſt caſus vocativi articulus, ut הַשָּׁמַיִם *o caeli*.

Tandem de littera hac duo adnotanda remanent. Primo addita in fine nominum, & adverbiorum loci, *ad*, *in*, *verſus* denotat, & dictionem facit *milel*, & hoc pacto a terminatione feminina diſtinguitur, unde ה *he locale* nominatur; ut מִצְרַיְמָה *in Aegyptum*, *pro*

pro מִצְרָיִם ; ſic שָׁמָּה *illuc* , pro שָׁם . Secundo addita in fine femininorum , & terminatione הָ *cametz-he* in תָ *cametz-tau* mutata , accentuque item in penultimam rejecto, ſignificationem auget ; ut , יְשׁוּעָתָה *magna ſalus* , pro יְשׁוּעָה . Quidquid a Grammaticis de hac littera præfixa dictum eſt , in unum congerere libuit , ne tirones huc illuc divagentur.

De Litteris וכלב *Vecaleb*.

ו *Vau*.

Regulariter litterae huic punctum (:) *ſceva* ſubſcribitur, eſt nota copulativa *et*, *autem*, *enim* ſignificans, ut צָדוֹק , וְנָתָן *Sadoch*, *& Nathan*. Praeter *ſceva* alia puncta recipit, nimirum (ָ) *cametz* ante monoſyllaba, vel *milel* , ſeu diſſyllaba penacuta, & fit וָ, ut שָׁמַיִם , וָאָרֶץ *caelum* , & *terra*, וָטוֹב *& bonitas*.

Ante litteras puncto *ſceva* ſubſcriptas, vel labiales בומף fit וּ *vau-ſurek*, ut וּפְקֻדָּה *& viſitata* , וּבְרוּכָה *&* be-

benedicta, וּמֹשֶׁה *& Moses*.

Ante *Jod sceuatum* recipit *chirek*, seu tam *sceva* litteræ *jod*, quam *sceva* ipsius *vau* coalescunt in unum *chirek*, ut וִימִינָם *& dextera eorum*, וִיהוּדָה *& Juda*, pro וְיְמִינָם, & pro וְיְהוּדָה. Idem de tribus sequentibus Praefixis dicendum est.

Ante gutturales, quae sceva compositum habent, punctum affine recipit, sic וַחֲמֹרִים *& asini*. Hoc etiam sequentibus litteris בכל usuvenit.

Praeterea *vau* ו cum puncto sceva praeterito praefixum, convertit illud in futurum non quidem voce, sed significatione, quoties aliud futurum praecesserit, & וו הפוך *vau-hippuc*, i. e. *Vau-Conversivum* dicitur, sic וְשָׁמַר יְהוָה *& custodiet Dominus*, pro *& custodivit*.

In persona 1. & 2. Praeteriti accentum a penultima in ultimam rejicit; ut וְשָׁמַרְתִּי *& custodiam*. Excipiuntur Verba *Quiescentia* לא *lamed-aleph*, & לה *lamed-he*, quæ accentum in penultima retinent; sic וְיָרֵאתָ & *timebis*, וְגָלִיתִי *& migrabo*.

Con-

Contra futuro praefixum cum puncto (ַ) *pathach*; & *daghesc* in sequenti littera, aut cum (ָ) *camets* ante א illud convertit in praeteritum; ut וַיֹּאמֶר *& dixit*, וָאָקוּם *& surrexi*. Si vero sequatur *Jod scevatum*, excludit *daghesc*, ut וַיִשְׁמֹר *& custodivit*, pro *& custodiet*.

Interdum *Vau Conversivum* accentum ab ultima in penultimam syllabam trahit, tumque terminatio futuri (ֵ) *tzere*, & (ַ) *pathach* mutatur in (ֶ) *segol*, ut וַיְבָרֶךְ *& benedixit*, pro וַיְבָרֵךְ *& benedicet*.

Aliquando terminatio וּ *vau-surek*, aut וֹ *vau-cholem* Futuri in *cametz-catuph* convertitur; ut וַיָּקָם *vajakom*; *& surrexit*, pro וַיָּקוּם, sic וַיָּמָד *vajamod*, *& mensus est*, pro וַיָּמוֹד.

Denique terminatio futuri in וּ *vau-surek* ante gutturalia, & ר *resc* interdum mutatur in (ַ) *pathach*; ut וַיָּסַר *& recessit*, pro וַיָּסוּר; sic וַיָּנַע *& commotum est*, pro וַיָּנוּעַ.

Caph.

כ *Caph*.

Praefixo huic, ſicuti ל, & ב, punctum *ſceva* ſubſcribitur, & eſt ſimilitudinis nota, *ſic*, *ſecundum*, *juxta*, *ſicut*, *circiter*, *quaſi* ſignificans, ut כִּמְצֹא *ſicut inveniens*. Cum praefigitur infinito, gerundium exprimit, ut כִּלְמוֹד *ſecundum diſcere*, i. e. *tempus quo diſcebat*.

ל *Lamed*.

Ad, *in*, *pro*, *ab*, *ſicut*, *adeo ut* denotat, quas quidem ſignificationes ex verborum contextu facile deprehendes. Hoc autem praefixum infinito additum ad formandum gerundium, recipit punctum (ָ) *cametz*, ſi infinitus eſt monoſyllabus, vel cum accentu in penultima, ſive penacutus, ut לָשׁוּב *ad redeundum*, לָדַעַת *ad ſciendum*. Eadem regula ſervanda eſt ante nomen monoſyllabon, aut penacutum, ut לָמַס *tributo*, לָדֶרֶךְ *viae*.

Interdum haec tria praefixa particulam

lam expletivam כו recipiunt, ut כְּמוֹ *ſicut*, לְמוֹ *ad*, בְּמוֹ *in*.

ב *Beth*.

In, *cum*, *propter*, *de*, *contra*, *per* denotat ut בָּאָרֶץ *in terra*, &c.

Hiſce tribus litteris בכל peculiare eſt, ut *He* demonſtrativum expellant, ejuſque punctum ſibi ſubſcribant; ut כַּכֹּהֵן *ſicut ſacerdos*, לַמֶּלֶךְ *ad regem*, בַּכִּיס *in crumena*, בַּכּוֹס *in poculo*, בַּכַּעַס *in ira*, pro כְּהַכֹּהֵן, לְהַמֶּלֶךְ &c.

Praeterea ante gutturales habent (ָ) *cametz*: ut בָּהֶן *propter illas*; ſi vero gutturales habent *ſceva compoſitum*, punctum affine recipiunt, uti in *pag.* 10. *de Sceva Compoſito* dictum eſt.

De Gradu Comparativo, & *Superlativo*.

Cum Hebraei Comparativum, & Superlativum gradum terminatione non habeant, tamen aliquot modis hos ipſos gradus circumſcribendo exprimunt. Primo per particulas יֹתֵר *amplius*, & מאד

מְאֹד *valde*, quarum prima comparativum, altera ſuperlativum exprimit; ſic טוֹב *bonus*, יֹתֵר טוֹב *melior*, טוֹב מְאוֹד *optimus*. Secundo per praepoſitiones מִן, vel מִ cum dagheſc, & בּ quarum prima comparativum, & altera ſuperlativum demonſtrat; ut טוֹב מִשֶּׁמֶן *bonus prae oleo*, i. e. *melior oleo*; ſic רַע בָּאֲנָשִׁים *malus in hominibus*, h. e. *peſſimus hominum*. Tandem hi gradus per continuam adjectivi repetitionem exprimuntur; ut הָעַלְמָה יָפָה יָפָה *Virgo pulchra pulchra*, h. e. *pulcherrima*. De his fuſius in ſyntaxi.

De variis Hebraicorum Nominum Formis.

Apud Hebraeos praeter Nomina tum propria, ut אַבְרָהָם *Abraham*, tum appellativa, ut אָב *pater*, tum ſubſtantiva, & adjectiva, ut יָד *manus*, טוֹב *bonus*, de quibus jam dictum eſt, aliae ſunt nominum Hebraicorum ſpecies, ac formae.

Alia ſunt nomina primitiva, alia derivata. Primitiva ſunt, quae non

aliunde derivantur, ſed ex illis derivantur alia, ut אוֹר *lumen*. Haec nomina themate Hebraico, quae *Radix* vulgo dici ſolet, ut plurimum tribus litteris, raro pluribus, aut paucioribus conſtans, continentur. Derivata vero ſunt ea, quae a radice illa deſcendunt, ut מָאוֹר *luminare*, ab אור *lumen*. Haec nomina dicuntur etiam *Hebemantica* ſi radici addatur una, vel plures ex litteris, quae in voce האמנתי *hebemanti* continentur.

Alia perfecta ſunt, alia imperfecta. Perfecta ſunt ea, quae omnes ſui thematis litteras retinent, ut דֶּרֶךְ *via*, a דָּרַךְ *inceſſit*. Imperfecta vero ſeu defectiva ſunt ea, in quibus una, vel altera thematis littera deficit, ut מַטָּע *planta*, a נָטַע *plantavit*; ſic מַתָּת *donum*, a נָתַן *dedit*.

Alia ſimplicia ſunt, ut מֶלֶךְ *Rex*, צַדִּיק *juſtus*: alia compoſita, ut מַלְכִּיצֶדֶק *Melchiſedech*. Atque hîc ſcire juvat, morem eſſe Hebraeis voces tum integras, tum mutilatas in unum cogere, quae illud idem conjunctae ſignificent, quod

quod ſeorſum poſitae denotarent ; & potiſſimum hac ratione nomina propria formantur, quae ut plurimum compoſita ſunt , ut עִמָּנוּאֵל *Emmanuel* , ex עִם *cum* , נוּ *nos* , & אֵל *Deus* ; ſic אַבְרָהָם *Abraham* , ex אָב *pater* , רַב *numeroſus*, & הָמוֹן *multitudo* : ſic צַלְמָוֶת *umbra mortis* , ex מָוֶת *mors* , & צֵל *umbra*. Componuntur etiam voces ex praefixis, & ſuffixis , ut בִּי *in me* , בְּךָ *in te*. Haec potius ex Lexicis , quam ex Grammaticis petenda ſunt.

CAPUT III.

De Verbis.

Duplex Verborum Perfectorum ſcilicet , & Imperfectorum genus eſt Hebraeis . Prius de Verbo Perfecto agemus , ut ad Imperfecta faciliori via procedamus .

Verbum Perfectum dicitur illud , cujus litterae radicales omnes inter conjugandum ſervantur ; ut פָּקַד , פָּקְדָה *viſitavit* .

De Verborum Perfectorum Conjugationibus.

Conjugationum Hebraicarum formae ex uno themate quatuor ſunt, nimirum tres priores duplicem formam habent *Activam*, & *Paſſivam*; quarta *Reciproca*, quae ſub una forma Activa, & Paſſiva ſimul eſt.

Prima Conjugatio eſt *Kal*, quae abſolutam actionem, ejuſque paſſiva *Niphal*, quae paſſionem, exprimit, ut *docere*, & *doceri*.

Secunda *Pihel*, quae actionis, ejuſque paſſiva *Puhal*, quae paſſionis emphaſim, ſignificat; ut *accurate docere*, & *accurate doceri*.

Tertia *Hiphil* quae actionem alterius juſſu factam, ejuſq. paſſiva *Hophal*, quae paſſionem, demonſtrat; ut *fecit docere*, & *docere factus eſt*.

Quarta *Hithpahel*, quae paſſivam non habet, haec actionem reciprocam deſignat.

Hae Conjugationes ab antiquo Para-

radigmate פָּעַל *operatus est*, nomenclaturam accipiunt, ita ut פ *pe* primam, ע *ain* secundam, ל *lamed* tertiam Radicis litteram denotet.

Praeterea verba Hebraica duobus temporibus praeterito, & futuro distinguuntur. Praeteritum quandoque per imperfectum, vel plusquam perfectum, vel etiam futurum, maxime ob ו *Vau Conversivum*, de quo pag. *61*. dictum est, explicatur. Futurum etiam nonnumquam pro praeterito, & imperfecto; interdum pro praesenti; & non raro pro imperativo tertiae personæ utriusque numeri, & quandoque personae primae pluralis inservit.

Tempus Praesens, quod בֵּינוֹנִי *Benoni*, *intermedium* dicitur, non habent, illud quidem aut per participium, ut פּוֹקֵד *visitans ego*, pro *ego visito*; aut per præteritum, aut futurum efferunt: uti Aben Ezra advertit in Psal. 1. v. 1. *Beatus vir, qui non* הָלַךְ *ambulavit* (ambulat) *in consilio improborum* .... *& in lege ejus* יֶהְגֶּה *meditabitur*

 (me-

(meditatur) *die ac nocte*.

Pahul פָּעוּל seu Participium Praeteritum tempus praesens, & praeteritum designat.

Formatio Temporum.

Hebraei a tertia praeteriti persona, quod ea plerumque Radicem contineat, Conjugationem auspicantur. Omnes autem praeteriti personae a tertia singulari masculina per additionem istarum syllabarum הָ *ha*, תָּ *ta*, תִּי *ti* in singulari, וּ *u*, תֶּם *tem*, תֶּן *ten*, נוּ *nu* in plurali, facillime formantur, quae fere ex postremis pronominum syllabis detruncatis desumuntur.

Ab Infinito, qui מָקוֹר *fons* dicitur, reliqua tempora formantur, nimirum futurum, imperativus, & participia tum praesens, tum praeteritum.

Futurum praefigendo litteras איתן *jethan*, & affigendo syllabas [ִי] *i*, [וּ] *u*, נָה *nah* in fine, quae ex pronominibus desumuntur, uti in Paradigmate videre est.

Im-

Imperativus, additis ſyllabis ! *i*, ו *u*, נָה *nah* ad perſonas diſtinguendas.

Participium activum, ſeu *Benoni* formatur ex eodem infinito puncta tranſponendo, & *ſceva* in *tzere* mutando, ut פְּקוֹד *viſitare*, fit פּוֹקֵד *viſitans*. Atque hîc adnotes velim, pronomen participio adjunctum, non amplius per participium, ſed per tempus praeſens eſſe reddendum.

Participium paſſivum, ſive *Pahul* fit mutando וֹ *vau-cholem* in וּ *vau-ſurek*, & ſubſcribendo [ָ] *cametz* ſub prima radicali, ut פְּקוֹד *viſitare*, fit פָּקוּד *viſitatus*.

Tandem ex Infinito, Gerundia formantur, praefixis litteris בכלם *baclam*. Haec de Verbo generatim praenotata ſufficiant.

De Conjugatione קַל *Kal Verbi Perfecti.*

Prima Verbi Perfecti conjugatio activa קַל *Kal*, *levis* dicitur, quia nullam praeteriti initio adjunctam litteram ha-

bet, nec in secunda radicali *daghesc forte* admittit. Hujus autem conjugationis praeteritum tres punctorum formas habet: prima est (-ָ) *cametz*, *pathach*, ut פָּקַד *visitavit:* secunda est (-ָ-ֵ) *cametz*, *tzere*, ut זָקֵן *senuit*, & nihil a prima diversum habet praeter terminationem in (ֵ) *tzere* in 3. masc., eademque ratione conjugatur: tertia est (וֹ ָ) *cametz*, *vau-cholem*, ut יָכוֹל *potuit*, haec in praeterito (וֹ) *vau-cholem* retinet, aut abjicit eodem pacto, quo (-) *pathach* paradigmatis communis; sic יָכוֹל 3. m. יָכְלָה 3. f. יָכוֹלְתָּ 2. m. יָכוֹלְתְּ 2. f. יָכוֹלְתִּי 1. com. P. יָכְלוּ 3. m. c. יְכָלְתֶּם 2. m. יְכָלְתֶּן 2. f. יָכוֹלְנוּ 1. com.

Verba, quae habent ultimam radicalem ע *ain*, vel ח *chet* secundae personae femininae singul. praeteriti subscribitur punctum [-] *pathach* loco (:) *sceva simplicis*; ut שָׁמַעַתְּ *audivisti*, שָׂמַחַתְּ *laetata es*.

Quaedam in praeterito sub media radicali habent [.] *chirek* pro [-] *pathach*; ut שָׁאִלְתִּי *rogavi*, pro שָׁאַלְתִּי.

Ver-

Verbis desinentibus in ת *tau*, vel נ *nun* sequente alio ת, vel נ, hae litterae inter conjugandum auferuntur, defectusque per *daghesc* compensatur; ut כָּרַתְּ *succidisti*, pro כָּרַתְתָּ, a כָּרַת: sic שָׁכַנּוּ *habitavimus* pro שָׁכַנְנוּ, a שָׁכַן.

Hîc generalem regulam adnotare abs re non erit verba, quae in *Kal* sunt inusitata, cujuscumque alterius conjugationis sint, per significationem activam *Kal* exponi.

Benoni in *tzere* desinit; excipiuntur duo, quae in fine [ִ] *chirek* habent, ut תּוֹמִךְ *sustentans*, pro תּוֹמֵךְ, & יוֹסִף *addens*, pro יוֹסֵף. In verbis autem, quae in praeterito habent puncta [ָ ֵ] *cametz* & *tzere*, in iis *benoni*, & praeteritum non differunt; ut חָפֵץ *voluit*, & *volens*. Demum si tertia est gutturalis ח *chet*, vel ע *ain*, fit crassis in [ַ] *pathach*, ut נֹטֵעַ *plantans*, pro נֹטֵעַ.

Pahul praeter desinentiam in [וּ] *vau-surek*, interdum euphoniae caussa in *Kibbutz* desinit; ut לָבֻשׁ *vestitus*. Haec duo puncta [וּ] & [ֻ] *surek*, & *Kibbutz* invicem commutantur.

Par-

Participia more nominum declinantur.

Plural.	Benoni.	Singul.
פוקְדִים		פוקֵד
		פוקְדָה
פוקְדות		פוקֶדֶת
פְקודִים	Pabul	פָקוד
פְקודות		פְקודָה

Secunda vox feminina in *benoni* si ultima thematis est gutturalis, habet duplex *pathach* pro duplici *segol*, ut שומַעַת *audiens*. Hoc pro aliis Conjugationibus hîc adnotasse sat erit.

Benoni, quod habet puncta [ֵ ָ] *cametz* & *tzere*, sic flectitur: זָקֵן m. *senescens*, זְקֵנָה f. P. זְקֵנִים m. *senescentes*, זְקֵנות f.

Infinitus desinit etiam in [ַ] *pathach*, cum verbum est neutrum vel cum media, aut ultima radicis est gutturalis; ut שְכַב *accumbere*. Altera autem Infiniti vox פָקוד aliis modis jungitur augendae significationis gratia, ut פָקוד יִפְקוד *visitando visitavit*. Atque hinc est

est generalis regula : *omnis duplicatio est ad roborandam significationem*.

Futurum praeter terminationem in [וֹ] *vau-cholem* etiam in [-] *pathach*, ob adlatas in infinito conditiones, desinit; יִשְׁכַּב *cubabit*, יִשְׁמַע *audiet*. Quaedam utraque terminatione gaudent, ut יִשְׁבּוֹת, & יִשְׁבַּת *cessabit*. Hîc adnotes velim, veteres Grammaticos in tertia persona plurali legisse תִּלְבַּשְׁן *induentur*, cum syncopa litterae ה *he*, pro תִּלְבַּשְׁנָה; sic תִּשְׁמַעְן *audietis*, *pro* תִּשְׁמַעְנָה.

Imperativus in *vau-cholem* desinit, ut פְּקוֹד *visita*, & interdum in [-] *pathach*, ut שְׁמַע *audi*, שְׁלַח *mitte*.

Si prima imperativi est gutturalis, ut plurimum pro *sceva* simplici *Compositum* habet; ut חֲשׁוֹב *cogita*. Item si secunda est gutturalis notatur *sceva composito*, & sub prima scribitur punctum componens pro altero *sceva* simplici, ut צַעֲקוּ *clamate*.

Tandem & de imperativo adnota, in plurali feminino interdum etiam ה *he* excidere, ut שְׁמַעְן *audite*, pro שמענה

שְׁמַעְנָה ; sic קְרֶאןָ *vocate*, pro קְרֶאנָה:

Formatio Gerundiorum.

Gerundia formantur ex Infinito, praefixis litteris בכלם *Baclàm*. Pro harum litterarum numero constituuntur Hebraeis quatuor Gerundia multiplicis usus, & significationis. ב *Beth* cum puncto [:] *sceva* denotat *in*, formatque gerundium in *do*, ut בִּפְקוֹד *in visitando*. Saepius praefixum hoc per *cum*, *quando*, *dum* cum subjunctivo: quandoque *postquam*, *antequam*, *quia*, redditur.

כ *Caph*, *secundum*, & interdum *cum*, *postquam*, *antequam*, prout locus exigit, significat, ut כִּשְׁמוֹר אֲדוֹנָי *secundum custodire*, h. e. *cum custodieris*, *Dominus*, vel *custodiente Domino*.

ל *Lamed*, *ad* significat, & gerundium in *dum* format; ut לִמְסוֹר *ad tradendum*, & quandoque *ut*, *cum*, *donec*, *usquedum*, *postquam*, redditur.

מ *Mem*, pro integra voce מִן *a* denotat, & gerundium in *do* format, ut מִפְּקוֹד *a visitando*: saepius per subjuncti-

ctivum redditur, praecedente particula *ne*. De his particulis in syntaxi plene agetur.

De Conjugatione נִפְעַל *Niphal*.

Formativa Conjugationis *Niphal* habet נ *nun* in praeterito, & in participio; ut פָּקַד *visitavit*, נִפְקַד *visitatus est*. Haec autem formativa נ *nun* a futuro, infinito, & imperativo aufertur, ejusque defectus per *dagbesc* compensatur in prima radicali: & quidem in futuro post יתאן *jethan*; in infinito, & imperativo post ה *be*, quod ipsis praefigitur.

Interdum tertia persona masc. in *Niphal* desinit in *vau-cholem*, ut נַחְתּוֹם *signatus est*; sic נֶהְפּוֹךְ *conversus est*.

Participium desinit in cametz, ut a praeterito distinguatur; ut נִפְקָד *visitatus*. Atque hîc adnotandum praestat, hanc conjugationem non tantum verba passiva Conjugationi *Kal* respondentia continere; sed etiam alia quaedam sub forma passiva significationem activam ha-

habentia; ut נִשְׁבַּע *juravit*, נִלְחַם *pugnavit*.

Tandem in futuro, imperativo, & infinito si prima thematis est gutturalis, aut ר *resc*, punctum breve praecedentis formativae in longum mutatur, i. e. [.] *chirek*, vel [ֶ] *segol* in [..] *tzere*, ut יַעֲבֹר *transire poterit*, pro יֶעֱבַר, sic אֶעֱבַר, pro אֶעֱבֹר.

De Conjugatione פִּעֵל *Pihel*, & פֻּעַל *Puhal*.

Nota Characteristica utriusque formae est *daghesc forte* in media radicali, cui punctum [..] *tzere* subscribitur in *Pihel*, & praecedente *chirek* brevi, ut פִּקֵּד; cum puncto [-] *patbach* in *Puhal*, praecedente *Kibbutz*, ut פֻּקַּד. Conjugatio haec vehementiorem significationem habet, quam per adverbium *accurate* explicavimus, uti jam dictum est. Si secunda thematis consona *daghesc* non admittit, tunc ad compensationem puncta brevia in longa mutantur, scilicet [.] *chirek* in [..] *tzere*,

re, [ַ] *pathach* in [ָ] *cametz*, [ֻ] *kibbutz* in [וֹ] *vau-cholem*, ut בֵּרַךְ *benedixit*, sic יְבָרֵךְ *benedicet*. Interdum nulla fit compensatio, & in prima syllaba punctum breve retinetur; ut לִחֵשׁ *mussitavit*, נִחַם *consolatus est*.

Infinitus aliquando retinet formam praeteriti, ut שַׁלֵּם *rependere*.

Tandem in hac Conjugatione sunt verba, quae contrariam significationem conjugationi *Kal*, vel nomini, a quo derivantur, habent; ut חָטָא in *Kal peccavit*, in *Pihel* חִטֵּא *expiavit*, sic a שֹׁרֶשׁ *radix*, fit שֵׁרֵשׁ *eradicavit*. Haec a tironibus diligenter sunt advertenda, ne in Bibliis percurrendis offendant.

Puhal imperativo, participio passivo, & gerundiis caret.

Aliquando pro *Kibbutz* sub prima radicali habet *cametz-chatuph*, cum haec puncta invicem commutentur, ut בָּרַת *praecisus est*; & interdum, euphoniae caussa, excidit *daghesc*, & pro *Kibbutz* habet *surek*; ut יוּלַּד *natus est*. Tandem quando secunda est gutturalis, aut

ר

ר *resc* in prima habet *vau-cholem*; ut טוֹרַף *raptus est*.

De Conjugatione הִפְעִיל *Hiphil*, & הָפְעַל *Hophal*.

Hujus Conjugationis character est ה *he* praefixum primae radicali, & (ִי) *chirek longum* ante ultimam, ut הִפְקִיד *visitare fecit*. Aliquando *Jod* per totam conjugationem excidit, remanente *chirek* brevi sub secunda thematis; ut מַעְזִר *adjuvans*, pro מַעְזִיר.

Saepe futurum, imperativus, et infinitus tum in (..) *tzere*, tum in (-) *pathach* desinere solent, ut יַמְסֵךְ *tradere fecit*; sic הַפְצַר *instare*: & quandoque infinitus praeteriti formam servat; ut הִמְלִיט *liberare*, pro הַמְלִיט. *Hophal* sibi praefigit ה *he* cum *cametz-catuph*, & in fine *pathach* assumit; ut הָפְקַד *praefectus est*. Et interdum *he*, & *jethan* futuri subscribitur punctum *Kibbutz*, & *Vau-surek*; ut הֻשְׁלַךְ *projectus fuit*. Haec enim puncta facillime inter se commutantur.

Se-

Secunda infiniti vox, uti in *Kal* pag. 74. traditum est, aliis modis jungitur augendae significationis gratia, ut הַפְקֵד הִפְקִיד *praeficiendo praefecit*.

Tandem characteristica ה *he* expellitur a formativis יאתן, *jetan* futuri, מ *mem* participii, & בכלם *baclam* gerundiorum, quae ejus punctum assumunt, ut יַפְקִיד *visitare faciet*, pro יְהַפְקִיד.

De Conjugatione הִתְפָּעֵל *Hithpahel.*

Peculiaris hujus conjugationis character est syllaba הִת, praefixa infinito *Pihel*, a quo formatur mutando *chirek* in *pathach*, ut פַּקֵּד, fit הִתְפַּקֵּד.

Interdum praeter *tzere*, etiam in *pathach* tota conjugatio desinit, uti de aliis conjugationibus dictum est, ut הִתְחַזֵּק *confirmavit se*.

Nonnunquam per syncopam littera ה *he*, vel ת *tau* excidunt, defectusque per *daghesc* in prima radicali compensatur, quod fere accidit, si post additam syllabam הִת sequatur una ex his

 lit-

litteris ת , ם , נ , ד , quod rarissimum est; ut הִנַּבָּא *vaticinatus est*, pro הִתְנַבָּא.

De conjugatione *bithpahel* adnota, quod si prior thematis littera sit littera dentium ש , צ , ז , ס , tunc littera ת , quae est conjugationis characteristica, postponitur litterae dentium; ut הִשְׁתַּמֵּר *custodivit se*, pro הִתְשַׁמֵּר, sic הִסְתַּבֵּל *oneravit se*, pro הִתְסַבֵּל, a שָׁמַר, & סָבַל.

In his, quae a צ incipiunt, non solum postponitur ת , sed etiam illud in ט mutant, ut הִצְטַדֵּק *justificavit se*, pro הִתְצַדֵּק, a צָדַק. Quae vero a ז , mutant ת postpositum in ד ; ut הִזְדַּמֵּן *praeparavit se*, pro הִתְזַמֵּן, a זָמַן.

Scio esse Grammaticos, qui octavam conjugationem *Pobel* addunt, atque hanc post primam litteram radicalem *VauchOlem* habere autumant; unde Conjugatio *Quadrata* propter quatuor litteras, quibus constat, ab illis appellari solet. Insuper verba communia, quae modo activam, modo passivam significatio-

cationem habent, in hac conjugatione contineri opinantur, uti apud Latinos *criminor te*, & *criminor abs te*. Verum haec conjugatio nihil differt a *Pihel*, excepta prima radicali, quae *Vau* quiescentem in *Cholem* habet, teste Rab. Helia Levita Germano. Contrarium Rab. David Kimchi, aliique veteres Grammatici docent, quos Sanctes Pagninus in *Linguae Sanctae Institutionibus* sequitur. De hac conjugatione apud Buxtorphium altum silentium est.

Admonitio pro Gutturalibus.

Praeter ea, quae de Sceva simplici, & Composito pag. 10. diximus, atque hîc etiam locum habent, nonnulla peculiariter admonere conducit.

Si prima thematis littera est gutturalis, tunc pro *sceva simplici Compositum* habet: numquam enim in principio vocis gutturali *sceva simplex* subscribitur; ut עֲבַרְתֶּם *transgressi estis*.

Praeterea punctum characteristicae, & formativae temporum, puncto ejusdem gutturalis respondet, quod ut plurimum erit *chatheph-segol*, ut הֶאֱמִין *credidit*; sic הֶעֱבִיר *transire fecit*, *traduxit*. Idem de praefixis בכלם *baclam* dicendum est, si ea hujusmodi verbis praefiggere contingit; ut לֶאֱסֹף *ad congregandum*.

Hic adnotes velim formativas *jethan* futuri, & *mem* participii formativam conjugationis excludere, ejusque punctum assumere; ut יַפְקִיד *visitare faciet*, pro יְהַפְקִיד; sic מַמְסִיר *a faciendo tradere*, i. e. *ne facerem tradere*, pro מְהַמְסִיר: nam generalis regula est: *formativa temporis formativam conjugationis excludit*.

Tab. I.
Paradigma omnium Conjugationum.

De

Paradigma Omnium

Hithpahel	*Hophal*	*Hiphil*	*Puhal*
הִתְפַּקֵּד	הָפְקַד	הִפְקִיד	פֻּקַּד
הִתְפַּקְּדָה	הָפְקְדָה	הִפְקִידָה	פֻּקְּדָה
הִתְפַּקַּדְתָּ	הָפְקַדְתָּ	הִפְקַדְתָּ	פֻּקַּדְתָּ
הִתְפַּקַּדְתְּ	הָפְקַדְתְּ	הִפְקַדְתְּ	פֻּקַּדְתְּ
הִתְפַּקַּדְתִּי	הָפְקַדְתִּי	הִפְקַדְתִּי	פֻּקַּדְתִּי
הִתְפַּקְּדוּ	הָפְקְדוּ	הִפְקִידוּ	פֻּקְּדוּ
הִתְפַּקַּדְתֶּם	הָפְקַדְתֶּם	הִפְקַדְתֶּם	פֻּקַּדְתֶּם
הִתְפַּקַּדְתֶּן	הָפְקַדְתֶּן	הִפְקַדְתֶּן	פֻּקַּדְתֶּן
הִתְפַּקַּדְנוּ	הָפְקַדְנוּ	הִפְקַדְנוּ	פֻּקַּדְנוּ
יִתְפַּקֵּד	יָפְקַד	יַפְקִיד	יְפֻקַּד
תִּתְפַּקֵּד	תָּפְקַד	תַּפְקִיד	תְּפֻקַּד
תִּתְפַּקֵּד	תָּפְקַד	תַּפְקִיד	תְּפֻקַּד
תִּתְפַּקְּדִי	תָּפְקְדִי	תַּפְקִידִי	תְּפֻקְּדִי
אֶתְפַּקֵּד	אָפְקַד	אַפְקִיד	אֲפֻקַּד
יִתְפַּקְּדוּ	יָפְקְדוּ	יַפְקִידוּ	יְפֻקְּדוּ
תִּתְפַּקֵּדְנָה	תָּפְקַדְנָה	תַּפְקֵדְנָה	תְּפֻקַּדְנָה
תִּתְפַּקְּדוּ	תָּפְקְדוּ	תַּפְקִידוּ	תְּפֻקְּדוּ
נִתְפַּקֵּד	נָפְקַד	נַפְקִיד	נְפֻקַּד
הִתְפַּקֵּד		הַפְקִיד	
הִתְפַּקְּדִי		הַפְקִידִי	
הִתְפַּקְּדוּ		הַפְקִידוּ	
הִתְפַּקֵּדְנָה		הַפְקֵדְנָה	
הִתְפַּקֵּד	הָפְקֵד	הַפְקִיד *vel* הַפְקֵד	פֻּקּוֹד
מִתְפַּקֵּד ָה ֶת	מָפְקָד	מַפְקִיד	מְפֻקָּד

Con-

Pihel	*Niphal*	*Kal*	*Pers.*		
פִּקֵּד	נִפְקַד	*visitavit* פָּקַד	3. M.	*Singular.*	Praeteritum.
פִּקְּדָה	נִפְקְדָה	פָּקְדָה	3. F.		
פִּקַּדְתָּ	נִפְקַדְתָּ	פָּקַדְתָּ	2. M.		
פִּקַּדְתְּ	נִפְקַדְתְּ	פָּקַדְתְּ	2. F.		
פִּקַּדְתִּי	נִפְקַדְתִּי	פָּקַדְתִּי	1. C.		
פִּקְּדוּ	נִפְקְדוּ	פָּקְדוּ	3. C.	*Plural.*	
פִּקַּדְתֶּם	נִפְקַדְתֶּם	פְּקַדְתֶּם	2. M.		
פִּקַּדְתֶּן	נִפְקַדְתֶּן	פְּקַדְתֶּן	2. F.		
פִּקַּדְנוּ	נִפְקַדְנוּ	פָּקַדְנוּ	1. C.		
יְפַקֵּד	יִפָּקֵד	יִפְקוֹד	3. M	*Singular.*	Futurum.
תְּפַקֵּד	תִּפָּקֵד	תִּפְקוֹד	3. F.		
תְּפַקֵּד	תִּפָּקֵד	תִּפְקוֹד	2. M.		
תְּפַקְּדִי	תִּפָּקְדִי	תִּפְקְדִי	2. F.		
אֲפַקֵּד	אֶפָּקֵד	אֶפְקוֹד	1. C.		
יְפַקְּדוּ	יִפָּקְדוּ	יִפְקְדוּ	3. M	*Plural.*	
תְּפַקֵּדְנָה	תִּפָּקַדְנָה	תִּפְקוֹדְנָה	2/3 F.		
תְּפַקְּדוּ	תִּפָּקְדוּ	תִּפְקְדוּ	2. M.		
נְפַקֵּד	נִפָּקֵד	נִפְקוֹד	1. C.		
פַּקֵּד	הִפָּקֵד	פְּקוֹד	2. M.	*Sing.*	Imperat.
פַּקְּדִי	הִפָּקְדִי	פִּקְדִי	2. F.		
פַּקְּדוּ	דִפָּקְדוּ	פִּקְדוּ	2. M.	*Plur.*	
פַּקֵּדְנָה	הִפָּקַדְנָה	פְּקוֹדְנָה	2. F.		
פַּקֵּד	הִפָּקֵד	פְּקוֹד *vel* פָּקוֹד	Infin.		
מְפַקֵּד	נִפְקָד	פּוֹקֵד	Benoni.	Participium	Part. Praet. *Pahul.* פָּקוּד

De Verbis Imperfectis.

Verborum Imperfectorum duplex genus est, unum Verborum *Defectivorum*, alterum *Quiescentium*, quae uno nomine *Imperfecta* nominantur.

Defectiva dicuntur, in quibus inter conjugandum aliqua radicis littera deficit. Haec autem verba tribus generibus continentur. Primum est verborum, quae a littera נ *nun* incipiunt, uti נָגַשׁ *accessit*, & פנ *Pe-nun* dicuntur. Alterum eorum, quae a syllaba יָ incipiunt; ut יָצַק *effudit*, & פי *Pe-jod* nominantur. Tertium illorum, quae tertiam radicalem similem secundae habent; uti סָבַב *circuivit*, & *Geminantia*, vel *Defectiva* ע *Ain* nuncupantur.

Quiescentia dicuntur ea, in quibus aliqua thematis littera in conjugando quiescit. Haec autem verba in quatuor generibus continentur. Primum dicitur *Quiescens* פי *Pe-jod*, ut יָשַׁב *sedit*. Alterum *Quiescens* עו *Ain-vau*, vel עי *Ain-jod* ut קוּם *surgere*, בִּין *intelligere*.

Tertium *Quiefcens* לא *Lamed-aleph*, ut מָצָא *invenit*. Ultimum *Quiefcens* לה *Lamed-he*, ut גָּלָה *migravit*. Hîc repetere juvat, cur haec verba nomina iſta obtinuerint. Grammatici ab antiquo Paradigmate פָּעַל *operatus eſt*, primam cujuſque radicis litteram פ *pe*, ſecundam ע *ain*, tertiam ל *lamed* appellare voluerunt: itaque נָגַשׁ dicitur verbum *Defectivum Pe-nun*, quia in eo prima radicis littera eſt נ *nun*: ſic etiam verbum *Quiefcens Lamed-he*, ut גָּלָה, illud eſt, in quo tertia thematis littera eſt ה *he*: idem de ceteris verbis tam defectivis, quam quieſcentibus dicendum eſt, ſervato videlicet eo ordine, quo hae tres litterae in verbo פָּעַל collocatae ſunt.

De Defectivis פנ *Pe-nun*.

Defectiva *Pe-nun* abjiciunt נ *nun*, cui punctum (:) *ſceva* ſubſcribendum eſſet, defectuſque per *dagheſc*, ſi vox ab initio creſcat, in conjugando compenſatur, ut יִגַּשׁ *accedet*, pro יִנְגַּשׁ; ſic

ſic גֶּשׁ *accede*, pro נְגַשׁ. Si vero littera *dagheſc* non admittit, tunc vocalis praecedens brevis in longam mutatur.

Haec verba quamvis Defectiva, & Quieſcentia vocentur, attamen multa per omnes fere conjugationes, & modos verborum perfectorum leges obſervant: ſic praeteritum, & utrumque participium *benoni*, & *pahul*, item infinitus, imperativus, & futurum *niphal* regulariter inflectuntur. Reliqua, quae cum nihil difficultatis habeant, utilius eſt in Paradigmate obſervare, quam fuſius enarrare.

Adnotationes in Kal, & Niphal, Hiphil & Hophal.

Futurum, Imperativus, & Infinitus, *Kal* perfectorum verborum more in *cholem* deſinere ſolent; ut יִפּוֹל *cadet*, a נָפַל *cecidit*; ſic גְּשׁוּ *accedite*.

Infinitus propter gutturalem duplex *pathach* habet, ut גַּעַת *tangere*, a נָגַע *tetigit*.

In *Niphal* interdum nulla fit com-

pensatio ob gutturalem, quae *dagbesc* non admittit; ut נִחַם *consolatus est*; sic נִחַת *infixus est*.

Nonnumquam utraque conjugatio *Hiphil*, & *Hophal* analoga reperitur tum in praeterito, tum in infinito; ut הִנְחַלְתִּי *possidendum tradidi*, a נָחַל; sic לְהַנְתִּיךְ *ad fundendum*, a נָתַךְ *fudit*.

Pihel, *Puhal*, & *Hithpahel* omnino perfectorum normam imitantur.

Hithpahel	*Puhal*	*Pihel*
הִתְנַגֵּשׁ	נֻגַּשׁ	נִגֵּשׁ

Tandem advertendum remanet, horum verborum classem sequi verba, לָקַח *accepit*; לָתַע *commoluit*, & inusitata in *Kal* יָנַח *dimisit*, יָקַף *circuivit*: quae ל *lamed*, & (י) *jod* abjiciunt, perinde ac si a *nun*, vel *jod*, inciperent: & interdum perfecte conjugata reperiuntur, ut נִלְקַח *capta est*.

Tab. II.

Paradigma Defectivorum פנ *Pe-nun*.

De

Hophal.	*Hiphil.*	*Niphal.*	*Kal.*	
הוּסַב	הֵסֵב	נָסַב	סַב vel סָבַב	*Praeteritum*
הוּסַבָּה	הֵסֵבָּה	נָסַבָּה	סַבָּה	
הוּסַבּוֹתָ	הֲסִבּוֹתָ	נְסַבּוֹתָ	סַבּוֹתָ	
הוּסַבּוֹת	הֲסִבּוֹת	נְסַבּוֹת	סַבּוֹת	
הוּסַבּוֹתִי	הֲסִבּוֹתִי	נְסַבּוֹתִי	סַבּוֹתִי	
הוּסַבּוּ	הֵסֵבּוּ	נָסַבּוּ	סַבּוּ	
הוּסַבּוֹתֶם	הֲסִבּוֹתֶם	נְסַבּוֹתֶם	סַבּוֹתֶם	
הוּסַבּוֹתֶן	הֲסִבּוֹתֶן	נְסַבּוֹתֶן	סַבּוֹתֶן	
הוּסַבּוֹנוּ	הֲסִבּוֹנוּ	נְסַבּוֹנוּ	סַבּוֹנוּ	
יוּסַב	יָסֵב	יִסַּב	יָסוֹב	*Futurum*
הוּסַב	תָּסֵב	תִּסַּב	הָסוֹב	
תּוּסַב	תָּסֵב	תִּסַּב	תָּסוֹב	
תּוּסַבִּי	תָּסֵבִּי	תִּסַּבִּי	תָּסוֹבִּי	
אוּסַב	אָסֵב	אֶסַּב	אָסוֹב	
יוּסַבּוּ	יָסֵבּוּ	יִסַּבּוּ	יָסוֹבּוּ	
תּוּסַבֶּנָה	תְּסִבֶּינָה	תִּסַּבֶּינָה	תְּסֻבֶּינָה	
תִּיסַבּוּ	תָּסֵבּוּ	תִּסַּבּוּ	תָּסוֹבּוּ	
נוּסַב	נָסֵב	נִסַּב	נָסוֹב	
	הָסֵב	הִסַּב	סוֹב	*Imperativ.*
	הָסֵבִּי	הִסַּבִּי	סוֹבִּי	
	הָסֵבּוּ	הִסַּבּוּ	סוֹבּוּ	
	הֲסִבֶּינָה	הִסַּבֶּינָה	סֻבֶּינָה	
הוּסֵב	הָסֵב	הִסּוֹב	סוֹב	*Infin.*
	הָסַב			
הוּסַב	מֵסֵב	נָסַב	סַב	*Benoni.*
הוּסַבָּה &c.	מְסִבָּה	נְסַבָּה &c.	סַבָּה &c.	
	מוּסָב		סָבוּב &c. *Pahul*	

Hopbal.	Hipbil.	Niphal.	Kal.	
הגש	הגיש	נגש	נגש	Praeteritum
הגשה	הגישה	נגשה	נגשה	
הגשת	הגשת	נגשת	נגשת	
ו גשת	הגשת	נגשת	נגשת	
הגשתי	הגשתי	נגשתי	נגשתי	
הגשו	הגישו	נגשו	נגשו	
הגשתם	הגשתם	נגשתם	נגשתם	
הגשתן	הגשתן	נגשתן	נגשתן	
הגשנו	הגשנו	נגשנו	נגשנו	
יגש	יגיש	ינגש	יגש	Futurum
תגש	תגיש	תנגש	תגש	
תגש	תגיש	תנגש	תגש	
תגשי	תגישי	רנ שי	תגשי	
אגש	אגיש	אנ גש	אגש	
יגשו	יגישו	ינגשו	יגשו	
תגשנה	תגשנה	תנגשנה	תגשנה	
הגשו	תגישו	תנגשו	תגשו	
נגש	נגיש	ננגש	נגש	
	הגיש	הנגש	גש	Imperativ.
	הגישי	הנגשי	גשי	
	הגישו	הנגשו	גשו	
	הגשנה	הנגשנה	גשנה	
הגש	הגיש	הנגש	גשת	Infin.
	הגש			
מגש	מגיש	נגש	נוגש	Ben.
מגשה &c.	ת מגישה	נגשה	נגוש	
			Pahul	

De Defectivis פי *Pe-jod*.

Alterum Defectivorum genus est illorum, quae a syllaba יָצ *jatz* incipiunt, quae paucula omnino sunt, uti Lexica versantibus patet. Haec autem verba peculiarem doctrinam non requirunt, quippe quae eodem plane modo, quo defectiva *Pe-nun*, conjugantur. Nam sicut in illis נ *nun*, ita in his (י) *jod* deficit.

Excipiuntur verba, quae a (י) incipiunt, & in א, vel ה *he* desinunt, eo quod ad aliam classem pertinent, uti suo loco dicetur.

De Defectivis, *sive Geminantibus* ע *Ain*.

Tertium Deficientium genus est verborum, quae ultimas duas radicales similes habent, & a forma integra *Defectiva*, vel *Geminantia Ain* nuncupantur. Haec autem conjugatio euphoniae caussa secundam radicalem abjicit,

cit, quae per *daghesc* compensatur, modo vox augumentum in fine habeat: sic a סָבַב *circuivit*, fit סַב 3. m. Itaque conjugatio haec quænam puncta habeat, quave ratione inflectatur, Paradigma indicabit.

Adnotationes in Kal, & Niphal Hiphil, & Hophal.

Hujusce Classis praeteritum *Kal* praeter (ַ) *pathach* etiam in (ָ) *cametz* desinit, si sequatur littera, quae *daghesc* non recipit, ut אָךְ *maledixit*, ab אָרַךְ.

Futurum interdum vocalem longam in brevem cum *daghesc* mutat; ut אֶקּוֹב *maledicam*, pro אָקוֹב a קָבַב. Desinit etiam in וּ *surek*, & quandoque in (ֻ) *Kibbutz*; ut יָרֹן *laudabit*, a רָנַן; יָשׁוֹד *vastabit*, a שָׁדַד; sic וְהָרֹץ *& confringatur*, a רָצַץ. Hoc idem imperativo, & infinito usuvenit; de quibus adnota, interdum primum in (ָ) *cametz*, & (ַ) *pathach*, & alterum in וֹת desinere; ut קָב *maledic*, גַּל *devolve*;

ve ; sic חַנּוֹת *gratiam facere* ; שַׁבּוֹת *desolare* , חַלּוֹת *vulnerari* .

Tertiae personae praeteriti *Niphal* subscribi solet (.) *chirek* potissimum in verbis , quorum prima radicalis est ח *chet* , & interdum (..) *tzere* , ut נִחַת *contritus est* : sic נֵחַן *gratiosus fuit* . Insuper idem praeteritum in (ָ) *cametz*, in (..) *tzere* , & in (ו) *vau-cholem* desinere solet ; ut נִחָל *pollutus est* ; sic נָמֵס *liquefactus est* : sic נָגוֹז *tonsus est*.

Nonnumquam tertia persona femin. praeteriti *Niphal* sine *daghesc* reperitur, sive *pathach* & *daghesc* in (..) concrescunt perfectorum more , ut נָסֵבָה *circumdabatur*, pro נָסַבָּה.

Futurum *Niphal* praeter *pathach* etiam in ו *Vau-cholem* , (ֻ) *Kibbutz* & in (..) *Tzere* desinere solet ; ut יִשּׁוֹם *devastabitur* ; sic יִתֻּם *consummabitur* ; sic תֵּחֵל *polluetur* .

Interdum in futuro vocalis brevis , & *daghesc* coalescunt in (..) *tzere* sub formativis , praesertim si prima radicis non recipiat *daghesc* , ut יֵחֵל *polluetur;* אֵיתָם *integer ero* , ubi (׳) *jod* additur prae-

praeter morem, pro אַתֶּם &c.

Pihel, *Puhal*, & *Hitphahel* perfectorum more, uti in Paradigmate, conjugantur. Unum heic adnotare est, interdum has tres conjugationes, euphoniae caussa, habere in prima syllaba (וֹ) *Vau-cholem*, atque illud in tota conjugatione retinere, ut סוֹבֵב , סוֹבַבְתָּ *Pihel*, סוֹבַב *Puhal*, הִסְתּוֹבֵב *Hithpahel*.

Interdum tota conjugatio *Hiphil* definit in (ַ) *pathach*, ut הֵמַר *exacerbavit*, לְהָבֵר *ad purgandum*; sic וְהֵרַע *& malefecisti*, מֵסֵב *circumducens*.

Praeterea formativae *Jethan* futuri subscribi solet (ַ) *pathach* & in (ִ) *chirek* definit, ut יַשִּׁים *desolari faciet*.

Tandem *Hophal* pro *surek* habere solet (ֻ) *Kibbutz* per totam conjugationem; ut יֻכַּת *contundetur*, & *daghesc* infixum, euphonicum esse censetur.

Tab. III.

Paradigma Defectivorum ע *Ain*.

De

De Verbis Quiescentibus.

Pro quatuor ה ׳ א ׳ ו ׳ י litterarum quiescentium numero, totidem Verborum Quiescentium genera constituuntur. Verba autem quiescentia sunt, uti traditum est*, quae ex una, vel altera quiescente littera constant. Antequam de singulis horum verborum generibus agamus, scire juvat, Grammaticis placuisse inter quatuor verborum quiescentium genera, verba quiescentia *Pe-aleph*, nimirum quae ab א *aleph* incipiunt, ut אָמַר *dixit*, recensere, atque peculiare genus constituere. Attamen haec a perfectis non differunt, nisi quod in futuro *Kal*, quod, ne hîc peculiarem classem, ac paradigma sistamus, in hunc plane modum formatur:

Plurale	*Futurum*	*Singulare*
יאמרו		*dicet* יאמר
אתמרנה		תאמר
אתמרו		תאמר
תאמרנה		תאמרי
נאמר		אמר

Atque

Atque hic adnotes velim, verba haec praeter terminationem in (-) *pathach*, etiam in (··) *tzere* desinere, ut אֹכֵל *comedam*; atque in futuro in prima persona sing. א *aleph* radicale auferri, in reliquis manere quiescens in *cholem*.

Quaedam etiam in futuro perfecta inveniuntur; ut יֶאֱסֹף *colliget*; sic תֶּאֱהַב *diliges*.

Nonnunquam excidit א, ut תֹּמְרוּ *dicetis*, sic מַלֵּף *docens*, pro מְאַלֵּף, sic תַּזֵּר *accinges*, pro תְּאַזֵּר. Paucula in hujusmodi verborum classe consulto omisimus, quae tirones ex perito Praeceptore commodius addiscent.

De Quiescentibus פי *Pe-jod*.

Primum verborum quiescentium genus est eorum, quae a (') *jod* incipiunt, & *Quiescentia* פי *Pe-jod* appellantur, ut יָשַׁב *sedit*. Haec autem verba in praeterito, & participiis *Kal*, in *Pihel*, *Puhal*, & *Hithpahel* perfectorum leges servant. In *Niphal* vero, *Hiphil*, & *Hophal* anomala sunt: nam in

in his (') *Jod* radicale in ו *Vau* aut mobile, aut quiescens mutant, uti in Paradigmate.

Adnotationes in Kal, & Niphal, Hiphil, & Hophal.

Interdum in Futuro *Kal* retinetur *jod* radicale, & in *pathach* desinere solet; ut יִירַשׁ *possidebit:* & quandoque utrumque *jod* radicale scilicet, & formativum (ut nonnunquam fit) in unum coalescunt; ut יִבַשׁ *arescet*, pro יִיבַשׁ. Hoc etiam in *Pihel* usuvenit.

Praeterea futurum in cholem desinit, ut נֵאוֹת *acquiescemus*, a יָאַת.

Verbum יָכוֹל *potuit*, mutat *Jod* radicale in ו *vau-surek*, ut יוּכַל *poterit*, תוּכַל *poteris*, אוּכַל *potero*, &c.

Imperativus, & Infinitus si tertia est gutturalis etiam in *pathac* desinunt, ut דַּע *scito*, sic דַּעַת *scire:* & nonnunquam analoga reperiuntur, ut יְרוֹד *descendere*, יְלוֹד, *parere*, quod potissimum fit, quando augendae significationi inservit; ut יָשׁוֹב יָשַׁבְנוּ *manendo mansimus*.

Denique invenitur Infinitus sine littera

tera ת *tau* ; ut כֹּל *posse*, שׁוּב *habitare*, & interdum partim perfectus, partim imperfectus, ut יְכֹלֶת *posse*, pro כֹּלֶת; & nonnulla his similia, quae usu addiscuntur.

In praeterito *Niphal* aliquando ו *Vau* supprimitur ; ut נֹעַדְתִּי *conveniam*. Interdum invenitur cum (‥) *tzere* in prima syllaba, & cum (-) *pathach* in fine, ut נֵחַם *calefecit*; & quandoque analogum legitur, ut וַיִּיָּחֶל & *expectavit*.

De conjugatione *Hiphil* hujusce classis adnota, retineri *Jod* radicale interdum expressum, interdum quiescens in *tzere*, idque per totam conjugationem, excepto *Pahul*; ut הֵטִיב, vel הֵיטִיב, *benefecit*, יֵיטִיב, vel יֵטִיב *benefaciet*, מֵטִיב *benefaciens*, &c.

Nonnunquam in Futuro praeter morem servatur ה *he* conjugationis character, ut יְהוֹשִׁיעַ *servabit*, pro יוֹשִׁיעַ.

Tandem *Hithpahel* quandoque mutat *Jod* in *Vau*, ut הִתְוַדַּע *innotuit*, אֶתְוַכַּח *disceptavit*, pro אֶתְיַדַּע, &c.

Tab. IV.

Paradigma Quiescentium פי *Pe-jod*.

De

Tab. IV.

Hophal.	*Hiphil.*	*Niphal.*	*Kal.*	
הוּשַׁב	הוֹשִׁיב	נוֹשַׁב	יָשַׁב	*Praeteritum*
הוּשְׁבָה	הוֹשִׁיבָה	נוֹשְׁבָה	יָשְׁבָה	
הוּשַׁבְתָּ	הוֹשַׁבְתָּ	נוֹשַׁבְתָּ	יָשַׁבְתָּ	
הוּשַׁבְתְּ	הוֹשַׁבְתְּ	נוֹשַׁבְתְּ	יָשַׁבְתְּ	
הוּשַׁבְתִּי	הוֹשַׁבְתִּי	נוֹשַׁבְתִּי	יָשַׁבְתִּי	
הוּשְׁבוּ	הוֹשִׁיבוּ	נוֹשְׁבוּ	יָשְׁבוּ	
הוּשַׁבְתֶּם	הוֹשַׁבְתֶּם	נוֹשַׁבְתֶּם	יְשַׁבְתֶּם	
הוּשַׁבְתֶּן	הוֹשַׁבְתֶּן	נוֹשַׁבְתֶּן	יְשַׁבְתֶּן	
הוּשַׁבְנוּ	הוֹשַׁבְנוּ	נוֹשַׁבְנוּ	יָשַׁבְנוּ	
יוּשַׁב	יוֹשִׁיב	יִוָּשֵׁב	יֵשֵׁב	*Futurum*
תּוּשַׁב	תּוֹשִׁיב	תִּוָּשֵׁב	תֵּשֵׁב	
תּוּשַׁב	תּוֹשִׁיב	תִּוָּשֵׁב	תֵּשֵׁב	
תּוּשְׁבִי	תּוֹשִׁיבִי	תִּוָּשְׁבִי	תֵּשְׁבִי	
אוּשַׁב	אוֹשִׁיב	אִוָּשֵׁב	אֵשֵׁב	
יוּשְׁבוּ	יוֹשִׁיבוּ	יִוָּשְׁבוּ	יֵשְׁבוּ	
תּוּשַׁבְנָה	תּוֹשֵׁבְנָה	תִּוָּשַׁבְנָה	תֵּשַׁבְנָה	
תּוּשְׁבוּ	תּוֹשִׁיבוּ	תִּוָּשְׁבוּ	תֵּשְׁבוּ	
נוּשַׁב	נוֹשִׁיב	נִוָּשֵׁב	נֵשֵׁב	
	הוֹשִׁיב	הִוָּשֵׁב	שֵׁב	*Imperat.*
	הוֹשִׁיבִי	הִוָּשְׁבִי	שְׁבִי	
	הוֹשִׁיבוּ	הִוָּשְׁבוּ	שְׁבוּ	
	הוֹשֵׁבְנָה	הִוָּשַׁבְנָה	שֵׁבְנָה	
הוּשַׁב	הוֹשִׁיב הוֹשֵׁב	הִוָּשֵׁב	שֶׁבֶת	*Infin.*
מוּשָׁב מוּשָׁבָה ֶת	מוֹשִׁיב ָה ֶת	נוֹשָׁב נוֹשָׁבָה ֶבֶת	יוֹשֵׁב	*Ben.*
			Pahul יָשׁוּב	

De *Quieſcentibus* עו *Ain-Vau*, vel עי *Ain-Jod*.

Alterum quieſcentium genus eſt verborum, quorum ſecunda thematis eſt ו *Vau*, vel (י) *Jod*, & *Quieſcentia* עו *Ain-vau*, ut קום *ſurgere*, vel עי *Ain-jod*, ut צִיץ *floruit*, appellantur. Horum autem verborum thema in infinito quaerendum eſt, eo quod in eo tres litterae radicales exprimuntur.

Inflectuntur vel retinendo ſecundam radicalem quieſcentem, vel eam abjiciendo.

Inſuper hic verborum ordo cum Defectivis *Ain* convenit, & potiſſimum in ſecundis, & primis perſonis, atque vocalem longam ſub formativa in *ſceva ſimplex*, vel *compoſitum* ob gutturalem mutant; uti in paradigmate.

Pihel, *Puhal*, & *Hithpahel* in prima radicali habent ו *Vau-cholem* immutabile, tertiamque radicalem geminant, ubi analogωs ſecunda thematis per dagheſc conjugationis characteriſti-

cum geminanda esset; ut קוֹמֵם *Pihel*, קוֹמַם *Puhal*, הִתְקוֹמֵם *Hithpahel*.

Hìc tirones monitos volo, non omnia verba, quorum secunda thematis est ו *Vau*, vel (י) *Jod* ad hunc verborum ordinem spectare. Extant enim nonnulla, quorum secunda est ו *Vau*, vel (י) *Jod* mobile, ut רָוַח *respiravit*, אָיַב *odio habuit*: hæc ad perfecta pertinent: item quædam reperiuntur, quorum secunda est *Vau*, & tertia ה *he*: hæc ad *quiescentia lamed-he* spectant, de quibus suo loco agetur.

Tab. V.

Paradigma Quiescentium ע״ו *Ain-vau*.

Ad-

Ta

Hopbal.	Hiphil.	Niphal.	Kal.
הוּקַם	הֵקִים	נָקוֹם	ם
הוּקְמַת	הֵקִימָה	נָקוֹמָה	מַת
הוּקַמְתָּ	הֲקִימוֹתָ	נְקוּמוֹתָ	מְתָּ
הוּקַמְתְּ	הֲקִימוֹת	נְקוּמוֹת	מְתְּ
הוּקַמְתִּי	הֲקִימוֹתִי	נְקוּמוֹתִי	מְתִּי
הוּקְמוּ	הֵקִימוּ	נָקוֹמוּ	מוּ
הוּקַמְתֶּם	הֲקִימוֹתֶם	נְקוּמוֹתֶם	מְתֶּם
הוּקַמְתֶּן	הֲקִימוֹתֶן	נְקוּמוֹתֶן	מְתֶּן
הוּקַמְנוּ	הֲקִימוֹנוּ	נְקוּמוֹנוּ	מְנוּ
יוּקַם	יָקִים	יִקּוֹם	קוּם
תּוּקַם	תָּקִים	תִּקּוֹם	קוּם
תּוּקַם	תָּקִים	תִּקּוֹם	קוּם
תּוּקְמִי	תָּקִימִי	תִּקּוֹמִי	קוּמִי
אוּקַם	אָקִים	אֶקּוֹם	קוּם
יוּקְמוּ	יָקִימוּ	יִקּוֹמוּ	קוּמוּ
תּוּקַמְנָה	תְּקֵמְנָה	תִּקּוֹמְנָה	קוּמְנָה
תּוּקְמוּ	תָּקִימוּ	תִּקּוֹמוּ	קוּמוּ
נוּקַם	נָקִים	נִקּוֹם	קוּם
	הָקֵם	הִקּוֹם	וּם
	הָקִימִי	הִקּוֹמִי	וּמִי
	הָקִימוּ	הִקּוֹמוּ	וּמוּ
	הָקֵמְנָה	הִקּוֹמְנָה	וּמְנָה
הוּקַם	הָקִים הָקֵם	הִקּוֹם	וֹם
מוּקָם	מֵקִים	נָקוֹם נְקוֹמָה &c.	ם קָמָה &c.

Pahul. ום

Adnotationes in Kal, & Niphal, Pihel, Hiphil, & Hophal.

Praeteritum & Benoni *Kal* praeter (ָ) *cametz*, ut in Paradigmate, desinunt tum in (ַ) *pathach*, ut בַּז *sprevit*, טַח *obduxit*; haec praeter terminationem nihil a paradigmate diversum habent: tum in (ֵ) *tzere*, ut מֵת *mortuus est*, quod tantum in tertiis personis inter conjugandum retinetur: tum in (ֹ) *cholem*, ut אוֹר *splenduit*, quod semper manet.

Duae posteriores formae claritatis ergo hîc exarantur.

Illuxit	*Praet.*	*Mortuus est*	
אוֹר אוֹרָה		מֵת, מֵתָה,	Sing.
אוֹרְתָּ אוֹרְתְּ		מַתָּ מַתְּ	
אוֹרְתִּי		מַתִּי	
אוֹרוּ		מֵתוּ	Plur.
אוֹרְתֶּם אוֹרְתֶּן		מַתֶּם מַתֶּן	
אוֹרְנוּ		מַתְנוּ	
אוֹר אוֹרִים	*Benoni*	מֵת מֵתִים	masc.
אוֹרָה אוֹרוֹת		מֵתָה מֵתוֹת	fem.

Praeter haec, quae exſcripſimus, cetera cum Paradigmate communia habent.

Interdum futurum, infinitus, imperativus, & participium in (·) *cholem* deſinere ſolent; ut וַיָּצוֹם *& jejunavit*, קוֹם *ſurgere*, מוֹל *circumcide*, אוֹר *lucens*.

Quaedam, quorum prima, aut tertia eſt gutturalis, vel ר *reſc*, in futuro deſinunt in (-) *pathach*; ut וַתָּנַח *& requievit*. וַיָּעַם *& invectus eſt*.

Aliquando imperativus, & infinitus *Kal* terminantur in (ִ) *chirek* loco וּ *Vau-ſurek*; ut שִׂים *pone*, רִיר *ſalivare*; qua de re hujus ordinis verba, uti dictum eſt, Quieſcentia *Ain-jod* appellari ſolent.

Praeteritum *Niphal* cum (··) *tzere* legitur ſub formativa; ut נֵעוֹר *excitatus eſt*; quod ſi prima thematis littera ſit gutturalis, formativae infiniti, imperativi, & futuri etiam ſubſcribitur (··) *tzere* pro *chirek*; ut הֵאוֹר *illuſtrari*, &c. Hoc etiam praeterito *Hiphil* uſuvenit.

Pihel quandoque etiam analogum inve-

venitur, ut קָם *erexit*, pro קוֹמֵם, ut in paradigmate; sic שׁוַּע *vociferatus est*. Hæc forma analoga etiam in *Hithpahel* invenitur, ut הִתְקֹים *insurrexit*.

Praeteritum *Hiphil* interdum desinit in (··) *tzere*, & in (-) *pathach*, potissimum ob gutturalem, ut הֵפֵר *irritum fecit*, sic הֵרַע *malefecit*: quae terminationes etiam in futuro, & participio reperiuntur.

Saepe punctum (··) *tzere* sub formativa ה *he* resolvitur in *chirek*, & *daghesc*; ut הִזִּילוּ *vilipendunt*.

Hophal in praeterito pro *Vau-surek* habet *Kibbutz* cum *daghesc* per totam conjugationem, ut הֻקַּם *constitutus est*.

De Quiescentibus לא *Lamed-Aleph*.

Tertium Quiescentium genus est verborum, quorum tertia est א *aleph*, ut מָצָא *invenit*. Et *Quiescentia* לא *Lamed-aleph* nuncupantur.

Verba haec a Perfectis parum differunt, uti in Paradigmate videre est.

Adnotationes in Kal, & Niphal, Pihel, & Hipbil.

Praeteritum *Kal* praeter (ָ) *cametz* in ſecunda, etiam (ֵ) *tzere* habet, ut מָלֵא *plenus fuit*, quod ubique retinet, ut

Plur. מָלְאוּ	*Praeter.* מָלֵא Sing.
מְלֵאתֶם	מָלְאָה
מְלֵאתֶן	מָלֵאתָ
מָלֵאנוּ	מָלֵאתְ
	מָלֵאתִי

Nonnunquam praeteritum *Kal*, *Niphal*, & *Hipbil* legitur ſine א *aleph*, ut מָצָתִי *inveni*, חָטוֹ *peccare*; נַחְבֵּתֶם *latuiſtis*, ſic הֶחֱטִי *peccare fecit*. Et quandoque tertia feminina praeteriti *Kal*, & *Niphal*, reperitur cum ת *tau* in fine, ut קָרָאת *vocavit*, חָטָאת *peccavit*, ſic נִפְלָאת *mirabilis fuit*.

Deſinentia infiniti in וֹת *oth* in formandis gerundiis uſurpatur; ut לִמְצוֹאת *ad inveniendum*.

Tandem *Pihel* ſine *dagheſc* characteriſtico invenitur, ut מִלְאוּ *impleverunt*.

Tab. VI.

Paradig. Quieſcentium לא *Lamed-aleph*.

De

Hithpahel.	*Hophal.*	*Hiphil.*
התמצא	המצא	המציא
התמצאת	הכצאת	המציאת
התמצאת	הכצאת	המצאת
התמצאת	המצאת	המצאת
התמצאתי	המצאתי	המצאתי
התמצאו	המצאו	המציאו
התמצאתם	המצאתם	המצאתם
התמצאתן	המצאתן	המצאתן
התמצאנו	המצאנו	המצאנו
יתמצא	ימצא	ימציא
תתמצא	תמצא	תמציא
תתמצא	תמצא	תמציא
תתמצאי	תמצאי	תמציאי
אתמצא	אמצא	אמציא
יתמצאו	ימצאו	ימציאו
תתמצאנה	תמצאנה	תמצאנה
תתמצאו	תמצאו	תמציאו
נתמצא	נמצא	נמציא
התמצא		המציא
התמצאי		המציאי
התמצאו		המציאו
התמצאנה		המצאנה
התמצא	המצא	המציא
	המצאת	המצא
מתמצא	ממצא &c.	ממציא &c.
מתמצאת &c.	ממצאת	ממציאת

Tab. VI.

	Puhal.	Pihel.	Niphal.	Kal.
Praeteritum	מצא	מצא	נמצא	מצא
	מצאת	מצאה	נמצאה	מצאה
	מצאת	מצאת	נמצאת	מצאת
	מצאת	מצאת	נמצאת	מצאת
	מצאתי	מצאתי	נמצאתי	מצאתי
	מצאו	מצאו	נמצאו	מצאו
	מצאתם	מצאתם	נמצאתם	מצאתם
	מצאתן	מצאתן	נמצאתן	מצאתן
	מצאנו	מצאנו	נמצאנו	מצאנו
Futurum	ימצא	ימצא	ימצא	ימצא
	תמצא	תמצא	תמצא	תמצא
	תמצא	תמצא	תמצא	תמצא
	תמצאי	תמצאי	תמצאי	תמצאי
	אמצא	אמצא	אמצא	אמצא
	ימצאו	ימצאו	ימצאו	ימצאו
	תמצאנה	תמצאנה	תמצאנה	תמצאנה
	תמצאו	תמצאו	תמצאו	תמצאו
	נמצא	נמצא	נמצא	נמצא
Imperat.		מצא	המצא	מצא
		מצאי	המצאי	מצאי
		מצאו	המצאו	מצאו
		מצאנה	המצאנה	מצאנה
Infin.	מצוא	מצא	המצא	מצוא
	מצואת			מצוא
				מצואת
Ben.	ממצא &c.	ממצא	נמצא	מוצא
		ממצאה &c.	נמצאה &c.	מוצאה &c.
				Pahul מצוא

De Quiescentibus לה *Lamed-he.*

Quartum Quiescentium genus est illorum, quorum tertia est ה *he*, ut גָּלָה *migravit*, & *Quiescentia* לה *Lamed-he* nominantur.

Haec autem littera ה *he* vel mutatur, vel quiescit in vocali longa, vel omnino expellitur.

Mutatur in ת *tau*, vel [י] *jod* quiescens in [ִ] *chirek* in secundis & primis personis praeteriti *Kal*, ut גָּלָה, גָּלְתָה, גָּלִית, גָּלִיתִי, &c.

Verum in futuris, & imperativis fem. plural. *Jod* quiescit in [ֶ] *segol*, ut תִּגְלֶינָה *migrabunt*, גְּלֶינָה *migrate*.

Quiescit in vocali longa, ut נִגְלֵיתָ *transportatus es*, גִּלֵּיתָ *revelasti*, הִגְלֵינוּ *deportaverunt*, הִתְגַּלֵּיתָ *retexisti te*.

Expellitur, ut גָּלוּ *migrarunt*, גּוֹלִים *migrantes*, pro גָּלְהוּ, & גּוֹלְתִים.

Praeterea haec verba in singulis temporibus peculiarem uniuscujusque conjugationis terminationem habent. Nam praeteritum in (ָ) *cametz*: futurum, & par-

& participium, (excepto *pahul*) in (ֶ) *segol*: imperativus in (ֵ) *tzere*, infinitus in (ֹ) *cholem* הֹ, vel וֹת *oth*.

Tandem hujusce classis futuro, & imperativo accidit *Apocope*, de qua post *Adnotationes* dicetur.

Tab. VII.

Paradigma Quiescentium לה *Lamed-he*.

Ad.



Hithpahel.	*Hophal.*	*Hiphil.*
הִתְגַּלָּה	הָגְלָה	הִגְלָה
הִתְגַּלְּתָה	הָגְלְתָה	הִגְלְתָה
הִתְגַּלִּיתָ	הָגְלֵיתָ	הִגְלִיתָ
הִתְגַּלִּית	הָגְלֵית	הִגְלִית
הִתְגַּלִּיתִי	הָגְלֵיתִי	הִגְלִיתִי
הִתְגַּלּוּ	הָגְלוּ	הִגְלוּ
הִתְגַּלִּיתֶם	הָגְלֵיתֶם	הִגְלִיתֶם
הִתְגַּלִּיתֶן	הָגְלֵיתֶן	הִגְלִיתֶן
הִתְגַּלִּינוּ	הָגְלֵינוּ	הִגְלִינוּ
יִתְגַּלֶּה	יָגְלֶה	יַגְלֶה
תִּתְגַּלֶּה	תָּגְלֶה	תַּגְלֶה
תִּתְגַּלֶּה	תָּגְלֶה	תַּגְלֶה
תִּתְגַּלִּי	תָּגְלִי	תַּגְלִי
אֶתְגַּלֶּה	אָגְלֶה	אַגְלֶה
יִתְגַּלּוּ	יָגְלוּ	יַגְלוּ
תִּתְגַּלֶּינָה	תָּגְלֶינָה	תַּגְלֶינָה
תִּתְגַּלּוּ	תָּגְלוּ	תַּגְלוּ
נִתְגַּלֶּה	נָגְלֶה	נַגְלֶה
הִתְגַּלֵּה		הַגְלֵה
הִתְגַּלִּי		הַגְלִי
הִתְגַּלּוּ		הַגְלוּ
הִתְגַּלֶּינָה		הַגְלֶינָה
הִתְגַּלּוֹת	הָגְלֵה	הַגְלֵה
	הָגְלֵה	הַגְלֵה
	הָגְלוֹת	הַגְלוֹת
מִתְגַּלֶּה	מָגְלֶה	מַגְלֶה
&c. מִתְגַּלָּה	&c. מָגְלָה	&c. מַגְלָה

Tab. VII.

Puhal.	Pihel:	Niphal:	Kal.	
גלה גלתה גלית גלית גליתי גלו גליתם גליתן גלינו	גלה גלתה גלית גלית גליתי גלו גליתם גליתן גלינו	נגלה נגלתה נגלית נגלית נגליתי נגלו נגליתם נגליתן נגלינו	גלה גלתה גלית גלית גליתי גלו גליתם גליתן גלינו	Praeteritum
יגלה תגלה תגלה תגלי אגלה יגלו תגלינה תגלו נגלה	יגלה תגלה תגלה תגלי אגלה יגלו תגלינה תגלו נגלה	יגלה תגלה תגלה תגלי אגלה יגלו תגלינה תגלו נגלה	יגלה תגלה תגלה תגלי אגלה יגלו תגלינה תגלו נגלה	Futurum
	גלה גלי גלו גלינה	הגלה הגלי הגלו הגלינה	גלה גלי גלו גלינה	Imperat.
גלה גלות	גלה גלות	הגלה הגלות	גלה גלה גלות גלות גלו	Infin.
מגלה מגלה	מגלה &c. מגלה	&c. נגלה ה	&c. גולה גולה	Ben.
			&c. גלויה גלוי	Pah.

v

qu

pu

sup

Pe-n

quod

Psal.

No

Jod n

ut זיה u

speravi

mum j

propter

sua loc

נָאתָה:

vo usuv

bibens,

Jod posit

Kal, g

Adnotationes in Kal, & Niphal, Pihel, & Puhal, Hiphil, Hophal, & Hithpahel.

Sunt quatuor omnino verba, quae in ה *he* cum *mappik* desinunt, sed ad hunc verborum ordinem non spectant; eo quod ob ה *he mobile* omnino perfecta putentur; ut תָּמַהּ *admiratus est*, נָבַהּ *superbivit*, נָגַהּ *splenduit*, hoc classi *Pe-nun* adscribitur, & כָּמַהּ *desideravit*; quod semel in Sacris Libris reperitur Psal. LVIII. 2.

Nonnumquam littera ה *he* in (י) *Jod mobile*, vel ו *Vau* mutari solet, ut חָסָיַת *confidit illa*, pro חָסְתָה, חָסָיוּ *speraverunt*, pro חָסוּ (*cametz* penultimum in his duobus exemplis positum est propter Accentum pausantem, de quo suo loco dicetur) sic נַאֲוָה *decuit* pro נַאֲתָה: hoc etiam futuro, & imperativo usuvenit; ut יֶחֱסָיוּן *sperabunt*, יִשְׁתָּיוּן *bibens*, בְּעָיוּ *quaerite*. Interdum ipsum *Jod* positum pro ה *he* radicali tam in *Kal*, quam in aliis conjugationibus non

non exprimitur, ut בָּנִתָ *aedificasti*, pro בָּנִיתָ.

Futurum, & participium in (..) *tzere* finitum legitur, ut תַּעֲשֶׂה *facies*, עֹשֶׂה *faciens*. Imperativus, si prima thematis est gutturalis, pro *simplici Sceva*, *compositum* habet; ut עֲלֵה *ascende*, עֱנוּ *cantate*.

Terminatio וֹת *oth* infiniti formandis gerundiis inservit, ut לִקְנוֹת *ad possidendum*, לִרְאוֹת *ad videndum*.

Benoni etiam cum ['] *jod mobili* reperitur; ut בּוֹכִיָּה *plorans*, pro בּוֹכָה; & interdum etiam analogum, sic גוֹלָה *migrans*, ut פּוֹקֵד.

Pahul item mutat ה *he* in ['] *jod*, & perfectorum leges servat, ut תָּלוּי *suspensus*, pro תָּלוּה; & interdum ['], *jod* excidit, ut צָפוּ *exploratus*.

In præterito *Niphal*, si prima est gutturalis, נ *nun* characteristico (-) *pathach* pro *chirek* subscribitur; ut נַעֲשָׂה *factum est*: atque in eodem praeterito *Chirek longum* expressum legitur, ut נִקְנֵיתֶם *possessi estis*.

Praeteritum *Pihel* cum *Jod* quiescen-

ſcente in (¨) *tzere*, & in (·) *chirek* legitur; ut קִוִּיתִי *expectavi*, כִּסִּיתִי *operui*, שִׁוִּיתִי *compoſui*.

Interdum ſub א *aleph* formativo primae perſonae futuri invenitur [ֱ] *cateph-ſegol*, ut אֱזָרֶה *diſpergam*. Ultimae imperativi etiam [ֶ] *ſegol* ſubſcribi ſolet, ut רַבֶּה *multiplica*.

In praeterito *Puhal*, ſi media radicalis excludat *daghesc*, [ֻ] *Kibbutz* mutatur in *Cholem*, ut fiat compenſatio; ut הֹרָה *conceptus eſt*; & interdum cum [ָ] *cametz-catuph* pro [ֻ] *Kibbutz* invenitur; ut כָּלּוּ *finiti ſunt*.

In praeterito *Hiphil* ה *he* conjugationis formativae [ֶ] *ſegol*, vel [ַ] *pathach* ſubſcribitur, dummodo gutturalis non ſequatur; ut הֶגְלָה *deportavit*; verum, ſequente gutturali, characteriſticae ה *he* [ֵ] *tzere* ſubſcribitur; ut הֶעֱלָה *fecit aſcendere*.

In tertia perſona femin. ſervilis littera ה *he* interdum in ת *tau* tranſit; ut הִרְצָת *noluit*, pro הִרְצְתָה. Hoc etiam formae *Hophal* uſuvenit, ut

הגלת

הָגְלְתָה *deportata*, *est*, pro הָגְלְתָה.

Secunda præteriti persona masculina, & feminina, uti in *Kal*, etiam [.] *chirek* habet, ut הָגְלִיתָ, הָגְלִית *deportasti*.

Infinitus praeter terminationes in Paradig. exaratas, aliquando etiam, cum pro gerundiis adhibetur, in [ָ] *cametz*, ut הַרְבָּה *multiplicare*.

Praeterea sub formativa ה *he*, interdum habet [ִ] *chirek* ad instar praeteriti; ut הִקְצוֹת *abradi facere*.

Praeteritum & futurum *Hophal* legitur cum [ֹ] *cholem* pro [ָ] *cametz catuph*, ut הֹעֲלָה *oblatus est*, sic יוֹרֶא *inebriabitur*, pro יֻרְוֶה, a רָוָה.

Tandem & de *Hithpahel* adnota, secundam praeteriti personam etiam [ִ] *chirek* habere, uti de aliis formis dictum est, sic הִתְקַנִּית *possedisti*.

Benoni etiam in [ֵ] *tzere* finitum legitur, ut מִשְׁתָּאֵה *obstupescens*. Cur autem hic sit ת *tau* characteristicum positum post litteram dentium ש *scin*, videre est pag. 82.

Hic admonendum praestat, verba

היה

הָיָה *fuit*, חָיָה *vixit*, & הִשְׁתַּחֲוָה *adoravit*, quae huic quiescentium classi accensentur, interdum in nonnullis ab hac classe discrepare: hanc autem discrepantiam, ut tirones sine ullo labore dignoscant, subjicere libuit.

Plurale	*Praeteritum*	*Singulare*
הָיוּ		הָיָה הָיְתָה
הֱיִיתֶם אֱיִיתֶן		הָיִיתָ הָיִית
הָיִינוּ		הָיִיתִי
	Futurum	
יִהְיוּ תִּהְיֶינָה		יִהְיֶה תִּהְיֶה
תִּהְיוּ תִּהְיֶינָה		תִּהְיֶה תִּהְיִי
נִהְיֶה		אֶהְיֶה
	Imperativus	
הֱיוּ הֱיֶינָה		הֱיֵה הֱיִי *vel* הֱיִי
	Infinitus	
	הָיוֹ הָיֹה הֱיֵה הֱיוֹת	
	Benoni	
הוֹיִם הוֹיוֹת		הוֹיֶה הוֹיָה

Ni-

Niphal

Plurale	*Praeteritum*	*Singulare.*
נִהְיוּ	*factus est.*	נִהְיָה נִהְיְתָה
נִהְיֵתֶם נִהְיֵתֶן		נִהְיֵתָ נִהְיֵת
נִהְיֵנוּ		נִהְיֵתִי
	Benoni	
נִהְיִים נִהְיוֹת	*qui fit*	נִהְיֶה נִהְיָה

Haec tantum usitata de hoc verbo inveniuntur.

Kal

Plurale	*Praeteritum*	*Singulare*
חָיוּ	חָיָה *vixit.*	חָיָה חָיְתָה
חֲיִיתֶם חֲיִיתֶן		חָיִיתָ חָיִית
חָיִינוּ		חָיִיתִי
	Futurum	
יִחְיוּ תִּחְיֶינָה	*vivet.*	יִחְיֶה תִּחְיֶה
תִּחְיוּ תִּחְיֶינָה		תִּחְיֶה תִּחְיִי
נִחְיֶה		אֶחְיֶה

Im-

Imperativus
vive.

חֲיֵה חֲיִי vel חֲיֶין   חֲיוּ חֲיֶינָה

Infinitus
vivere.

חֲיוֹ   חֲיוֹת

Benoni
vivens.

חַי חַיָּה   חַיִּים חַיּוֹת

Pihel.

Praeteritum חִיָּה *vivificavit*, uti in hujusce classis Paradigmate גִּלָּה.

Futurum יְחַיֶּה *vivificabit*.
Imperativus חַיֵּה *vivifica*.
Infinitus חַיֵּה vel חַיּוֹת *vivificare*.
Benoni מְחַיֶּה *vivificans*.
Pahul מְחֻיֶּה *vivificatus*.

Hiphil idem.

הֶחֱיָה הֶחֱיָתָה *Praet.* הֶחֱיוּ
הֶחֱיִיתָ הֶחֱיִית   הֶחֱיִיתֶם הֶחֱיִיתֶן
הֶחֱיִיתִי   הֶחֱיִינוּ

Fu-

Futurum.

יַחֲיֶה תַּחֲיֶה   יַחֲיוּ תַּחֲיֶינָה
תַּחֲיֶה תַּחֲיִי   תַּחֲיוּ תַּחֲיֶינָה
אַחֲיֶה   נַחֲיֶה

Imperativus.

הַחֲיֵה הַחֲיִי   הַחֲיוּ הַחֲיֶינָה

Benoni.	*Infinitus.*	*Pahul.*
מַחֲיֶה	הַחֲיוֹת	מָחְיֶה

Reliqua hujus verbi usitata non inveniuntur.

A verbo שָׁחָה *incurvavit se*, fit forma *Hithpahel* הִשְׁתַּחֲוָה *adoravit*, quae anomala est, nimirum tertia radicalis ה *he* in ו *vau* mutatur, & aliud ה *he* superadditur.

Plurale Praeter. Hithpahel Singulare.

הִשְׁתַּחֲוָה הִשְׁתַּחֲוִיתָה   הִשְׁתַּחֲווּ
הִשְׁתַּחֲוִית הִשְׁתַּחֲוִית   הִשְׁתַּחֲוִיתֶם תֶן
הִשְׁתַּחֲוִיתִי   הִשְׁתַּחֲוִינוּ

Fu-

Futurum.
adorabit.

יִשְׁתַּחֲוֶה תִּשְׁתַּחֲוֶה יִשְׁתַּחֲווּ תִּשְׁתַּחֲוֶינָה
תִּשְׁתַּחֲוֶה תִּשְׁתַּחֲוִי תִּשְׁתַּחֲווּ תִּשְׁתַּחֲוֶינָה
אֶשְׁתַּחֲוֶה נִשְׁתַּחֲוֶה

Imperativus
adora.

הִשְׁתַּחֲוֵה הִשְׁתַּחֲוִי הִשְׁתַּחֲווּ הִשְׁתַּחֲוֶינָה

Infinitus
adorare.

הִשְׁתַּחֲוֵה *vel* הִשְׁתַּחֲוֹת

Benoni
adorans.

מִשְׁתַּחֲוֶה מִשְׁתַּחֲוָה מִשְׁתַּחֲוִים מִשְׁתַּחֲווֹת

Hîc adnota, interdum praeteritum cum (··) *tzere* legi, ut הִשְׁתַּחֲוֵיתָ *adorasti.*

Tandem haec duo ultima verborum Quiescentium genera *Lamed-Aleph*, & *Lamed-He*, hoc peculiare obtinent, ut frequentius alterum formam alterius assumat, ultimasque radicales א *aleph*, & ה *he* commutent.

Sic dicitur מָלְוּ *impleverunt* ad formam *Lamed-he*, pro מָלְאוּ, sic נֹשֵׂא *exigens*, pro נֹשֶׁה: sic שָׁנָא *mutavit*, pro שָׁנָה. Contra dicitur תָּלְאוּ *suspenderunt* ad formam *Lamed-Aleph* pro תָּלוּ, sic קֹנֵא *possidens*, pro קֹנֶה &c.

Apocope Quiescentium Lamed-He.

Saepissime hujusce classis verba tum in futuro, tum in Imperativis (exceptis imperativis *Kal*, & *Niphal*) *Apocopen* patiuntur. Est autem *Apocope*, abscissio tertiae radicalis ה *He*, quae dupliciter accidit.

I. Abscinditur ה *he*, & (ֶ) *segol* primae radicali subscribitur, accentusque ab ultima syllaba ad ultimam rejicitur, ut וַיִּבֶן *& aedificavit*, pro וַיִּבְנֶה sic יִגֶל *migrabit*, pro יִגְלֶה: quod si

pri-

prima, aut ſecunda erit gutturalis, pro *ſegol* ſubſcribitur (-) *pathach*, ut וַיִּחַר *& excanduit*, pro וַיֶּחֱרֶה, ſic יִמַּח *delebit*, pro יִמְחֶה.

Interdum formativis futuri ob ipſam gutturalem ſubſcribitur (-) *pathach*, ut וַיַּעַל *& aſcendit*, pro וַיַּעֲלֶה, ſic תַּעַשׂ *facies*, pro תַּעֲשֶׂה, & quandoque etiam (..) *tzere*, ut וַיֵּרֶא *& vidit*, pro וַיִּרְאֶה. Atque hoc ipſum *pathach* ſub formativis, ob majorem diſtinctionem mutatum in (ָ) *cametz* legitur, ut וַיָּחַל *& aegrotavit*, pro וַיֶּחֱלֶה, ſic אֶחָז *videbo*, pro אֶחֱזֶה.

II. Abſcinditur ה *he*, & majoris celeritatis cauſſa, duabus reliquis radicalibus ſubſcribitur *ſimplex ſceva* (:), & ſub formativis (·) *chirek*, vel (..) *tzere*, ut וַיִּשְׁבְּ *& captivum duxit*, pro וַיִּשְׁבֶּה, ſic וַיֵּשְׁתְּ *& bibit*, pro וַיִּשְׁתֶּה, ſic וַיַּרְא *& vidit*, pro וַיִּרְאֶה, in qua voce videtur peculiaris *Apocope*, ob *pathach* ſub formativa.

In reliquis Conjugationibus (*Puhal*, & *Hophal* exceptis) *Apocope* fit in futuro per abſciſſionem ֶה *ſegol he*, & in

in imperativis per abſciſſionem ה *tzere he* ; ut in *Niphal* יֵרָא *videbitur*, pro יֵרָאֶה, ſic יִקֶן *poſſidebitur*, pro יִקָּנֶה.

In *Pihel* תְּכַס *operies*, pro תְּכַסֶּה, & cum (ָ) *camets* legitur, ut וַיְתָו & *deſignabat*, pro וַיְתַוֶּה; ſic גַּל *revela*, pro גַּלֵּה, הַס *ſile*, pro הַסֵּה.

In *Hiphil* יֶרֶב *multiplicabit*, pro יַרְבֶּה; ſi prima eſt gutturalis pro duplici *ſegol*, habet duplex (ַ) *pathach*, ut וַיַּעַל & *ſublime extulit* pro וַיַּעֲלֶה; ſi vero ſecunda eſt gutturalis, formativae ſubſcribitur (ֶ) *ſegol*, ut תֶּמַח *delere facies*, pro תַּמְחֶה; ſic imperativo idem contingit, ut הֶרֶף *deſine*, pro הַרְפֵּה, הַעַל *fac aſcendere*, pro הַעֲלֵה, הַתַע *errare fac*, pro הַתְעֵה.

Hic advertas velim, in verbis *utrinque Imperfectis*, de quibus mox dicetur, quae ob ultimam radicalem ה *he* ad hanc verborum claſſem pertinent, etiam uſitatam *Apocopen* inveniri, ut הַט, *inclina*, pro הַטֵּה, הַךְ *percute*, pro הַכֵּה.

In *Hithpahel* יִתְגַּל *deteget ſeipſum*, pro יִתְגַּלֶּה; & interdum cum (ָ) *ca-*

metz

mera in fine invenitur, ut יִתְחַל *finget se aegrotum*, pro יִתְחַלֶּה; sic הִתְחַל & הִתְחַל *finge te aegrotum*, pro הִתְחַלֵּה.

Peculiaris *Apocope* est in verbis הָיָה *fuit*, חָיָה *vixit*, & הִשְׁתַּחֲוָה *adoravit*; sic dicitur אֱהִי *ero*, תְּהִי *eris*, יְהִי *erit*, נְהִי *erimus*, pro אֶהְיֶה, תִּהְיֶה, &c. Sic etiam אֶחִי *vivam*, נְחִי *vivemus*, pro אֶחְיֶה &c. uti in Paradigmate. Tandem dicitur וַיִּשְׁתַּחוּ *& adoravit*, pro וַיִּשְׁתַּחֲוֶה, &c.

De Verbis utrinque Imperfectis, quatuor vel quinque litterarum, & Compositis.

Verba *utrinque Imperfecta* dicuntur, quae ad duplicem Imperfectorum classem pertinent; ut si prima eorum syllaba sit א *aleph*, tertia ה *he*, secundum primam litteram inflectuntur, ut אָמַר verbum *quiescens Pe-aleph*, pag. 93. secundum postremam, ut גָּלָה *quiescens Lamed-he*, pag. 103. Tab. VII.

Grammaticis verborum *utrinque imperfectorum* species plusquam viginti

recensere libuit. Nonnulli ad quinque reduci posse arbitrati sunt.

I. Eorum, quae ab א *aleph* incipiunt, & in ה *he* desinunt, ut אָפָה *coxit*, & Imperfecta *Pe-aleph*, *Lamed-he* nominantur. Hujus generis septem enumerantur.

אָתָה *venit*.	אָבָה *voluit*.
אָרָה *collegit*.	אָוָה *desideravit*.

אָפָה *coxit*. אָנָה *luxit*. אָלָה *juravit*.

II. Eorum, quae a ['] *jod* incipiunt, & in א *aleph* desinunt, ut יָצָא; in prima conjugantur, ut יָשַׁב *quiescens Pe-jod*, pag. 94. Tab. IV. in ultima ut מָצָא *quiescens Lamed-aleph*, pag. 101. Tab. VI. & Imperfecta *Pe-jod*, *Lamed-aleph* vocantur. Hujus formae duo extant.

יָצָא *exivit*. יָרֵא *timuit*.

III. Eorum, quae in prima ['] *jod*, & in ultima habent ה *he*, ut יָרָה *jecit*; haec in prima formam verborum quiescentium *Pe-jod*, ut יָשַׁב pag.

pag. 94. Tab. IV. in ſecunda formam quieſcentium *Lamed-he*, ut גָּלָה pag. 103. Tab. VII. & *Pe-jod*, *Lamed-he*, appellantur. Sex numerantur.

יָגָה *afflixit*.	יָעָה *removit*.
יָדָה *jecit*.	יָפָה *pulcher fuit*.
יָגָה *contriſtavit*.	יָרָה *jaculatus eſt*.

IV. Eorum, quae a נ *nun* incipiunt, & in א *aleph* terminant ut נָשָׂא *tulit*, haec in prima inflectuntur, ut נָגַשׁ *defectivum Pe-nun*, pag. 88. Tab. II. in ultima ut מָצָא *quieſcens Lamed-aleph*, pag. 101. Tab. VI. & *Pe-nun*, *Lamed-Aleph* dicuntur; tria leguntur.

נָשָׂא *tulit*, נָשָׁא *ſeduxit*, נִבָּא *prophetavit*.

V. Eorum, quæ in principio habent נ *nun*, & in fine ה *he*; haec in prima formam *defectivorum Pe-nun*, ut נָגַשׁ pag. 88. Tab. II. in tertia formam *quieſcentium Lamed-he*, ut גָּלָה pag. 103. Tab. VII. & *Pe-nun*,

Lamed-he nuncupantur. Hujus formae tredecim leguntur, septem tantum exscribemus, quae utrinque imperfecta sunt; nam in sex reliquis prima consona נ *nun* in conjugationibus immota manet, unicamque formam *Lamed-he* imitantur.

נָשָׁה *oblitus est*. נָדָה *elongavit*.
נָקָה *purus fuit*. נָטָה *extendit*.
נָזָה *aspersus fuit*. נָצָה *volavit*. נָכָה *percussit*.

Praeterea hisce verborum formis adnumeratur etiam verbum inusitatum יָשָׁה, vel יֵשׁ *est*, & *sunt* utriusque numeri, quod secundae, & tertiae personae pronominibus conjungitur, illasque personas designat; sic dicitur יֶשְׁךָ *es tu*, יֶשְׁכֶם *estis vos*, יֶשְׁנוֹ *est ipse*. Aliquando invenitur cum א *aleph* pro [י] *jod*; ut הַאִשׁ *an est?*

Tandem his formis adjungitur verbum נָתַן *dedit*, quod etiam *utrinque imperfectum* nuncupatur, & inflexum tradimus, ne inter conjugandum tirones offendant.

Plu-

Plurale	Praeteritum Kal	Singulare.
נָתְנוּ	dedit	נָתַן נָתְנָה
נְתַתֶּם נְתַתֶּן		נָתַתָּ נָתַתְּ
נָתַנּוּ		נָתַתִּי

Futurum.

יִתְּנוּ תִּתֵּנָּה	dabit.	יִתֵּן תִּתֵּן
תִּתְּנוּ תִּתֵּנָּה		תִּתֵּן תִּתְּנִי
נִתֵּן		אֶתֵּן

Imperativus.

תְּנוּ תֵּנָּה da. תֵּן תְּנִי

Infinitus תֵּת , תְּנָה, & נָתוֹן *dare*; *Benoni*, & *Pahul* habet analoga.

Futur. dabitur. Niphal. Praeter. datus est.

יִנָּתֵן תִּנָּתֵן	נִתַּן נִתְּנָה
&c. אֶנָּתֵן	&c. נִתַּתָּ

Infinitus הִנָּתֵן , & הִנָּתוֹן *dari*; *Imperativus* הִנָּתֵן, הִנָּתְנִי &c. *Particip.* נִתָּן *masc. qui datur*, נִתָּנָה, & ת ֶ ֶ fem. &c.

In forma *Hophal* tantum legitur futurum, ut וְכִי יֻתַּן מַיִם *& cum data fuerit aqua*. Cetera non extant.

Verba

Verba, quatuor, vel quinque litterarum.

Verba, quae *quatuor litterarum* dicuntur, aut quatuor diversis litteris radicalibus instruuntur, ut כִּרְבֵּל *induit*, כִּרְסֵם *devastavit*, & *quadrata* vulgo appellantur, aut constant tribus litteris radicalibus geminatis: hujusmodi sunt גִּלְגֵּל *volvit*; a גָּלַל; sic חִרְחַר *succendit*, a חָרָה; שִׁעֲשַׁע *lætatus est*, a שָׁעָה; sic טִלְטֵל *asportavit*, a טוּל *jecit*; כִּלְכֵּל *sustentavit*, a כּוּל *capere*.

Haec omnia perfectorum more ad formam *Pihel* inflectuntur, nonnulla etiam ad formam *Puhal*, & *Hithpahel*. Sic praeteritum כִּרְסֵם, כִּרְסְמָה, כִּרְסַמְתָּ &c. futurum יְכַרְסֵם, תְּכַרְסֵם, אֲכַרְסֵם &c. reliqua ut in *Pihel*.

Sic in *Puhal* praeteritum גֻּלְגַּל, גֻּלְגְּלָה *volutus*, & *voluta est*, גֻּלְגַּלְתְּ &c. Futurum יְגֻלְגַּל *volvetur*. Infinitus גַּלְגּוֹל *volvi*. *Benoni* גֻּלְגָּל *qui volvitur*. &c. Praeteritum in *Hithpahel* הִתְגַּלְגֵּל *volvit se*.

Verba *quinque litterarum* paucula omnino sunt, scil. סְחַרְחַר *subsultavit*,

יפיפה

יְפֵיפִיָה *pulcher factus est*, & חֳמַרְמַר *conturbatus est*.

Verba Composita:

In Bibliis aliquot verba inveniuntur, quae vel ex pluribus Conjugationibus, vel ex diversis temporibus, aut personis ejusdem conjugationis componuntur, unde insolita forma verborum exsistit, quae *Composita* nuncupantur. Hujusmodi sunt הִתְפָּקְדוּ *numerati sunt*, ex *Kal*, *Hithpahel*, & *Hophal*; וְנִוַּסְּרוּ & *erudientur*, ex *Niphal*, & *Hithpahel*, a יָסַר *erudivit*; cur autem hîc sit ו *vau* pro [י] *jod* vide pag. 94. יִרְדֹּף *persequetur*, ex *Kal*, & *Pihel*, a רָדַף. Sic וְיוֹלַדְתְּ & *paries*, ex praeterito, & *Benoni Kal*, וַיֵּחַמְנָה & *incalescebant*, ex masculino, & feminino.

Haec de verbis dicta sufficiant; atque in his praeceptionibus tradendis si cui longior fuisse deprehendar, sciat is rogo, senticeta Hebraicarum conjugationum esse hujusmodi, ut iis expediendis nimia sedulitate, quam brevilo-

loquentia, peccaſſe praeſtet. Age nunc ad Verborum Affixa.

De Verborum Affixis.

Affixa in Verbis intelliguntur *Pronomina Poſſeſſiva*, quae tum Nominibus, de quibus jam dictum eſt, tum Verbis, tum Adverbiis junguntur. Antequam exempla verborum cum affixis in medium producamus, nonnulla praenotare conducit.

I. Affixa non omnibus verbis junguntur, ſed fere ſolis verbis Activis, quae per accuſandi caſum redduntur: aliquando etiam Paſſivis addita leguntur, uti inferius dicetur.

II. Verbis affixa apponuntur tum communia, quae in pag. 47., & ſequ. exſcripſimus, cum de Affixis nominum diximus: tum propria, ſcilicet נִי *me*, נּוּ *illum*, נָּה *illam*.

III. Affixa Verborum ſeparata diligenter ſunt inſpicienda, ſcilicet (ִי), נִי, ַנִי, ֶנִּי, *me*. ךָ, & כָה *te* maſc. ךְ, & כִי *te* f. ו, וֹ, הוּ, ֵהוּ, ֶנּוּ *illum*. הָ, ָהּ, ֶנָּה *illam*. ֶנּוּ, *nos*.

כם

כֶם vos, m. כֶן vos f. ם, ם, & מוֹ illos. ן, ן, illas.

IV. Haec affixa non apponuntur omnibus temporibus, & perſonis; nam נִי me, & נוּ nos praeterito, reliquis נִי me, & נוּ nos affiguntur: נוּ, & הוּ illum, נָה illam omnibus temporibus adduntur, praeterito excepto, cui הוּ, vel וֹ illum, & הָ, vel הָ illam apponuntur: ם illos, ן illas imperativo, & futuro tantum; reliquis ם, & ן. Nonnulla tamen excipiuntur, quae uſu melius addiſcuntur.

V. Tandem ſciendum eſt Hebraeis morem eſſe etiam pronomina ſeparata aliarum linguarum more verbis apponere: ſic dici poteſt פָּקַד אוֹתוֹ *viſitavit illum*, pro פְּקָדוֹ.

Affixa perſonarum praeteriti Kal verbi perfecti.

In tertia perſona maſc. praeteriti *Kal* פָּקַד *viſitavit*, ob affixa [ָ] *cametz* in [ְ] *ſceva*, & [ַ] *pathach* in [ָ] *cametz* mutatur.

Ex-

Excipiuntur affixa כֶם, & כֶן ante quae [-] *pathach* non mutatur, uti in subjectis exemplis videre est, in quibus tirones ex Praeceptoris industria etiam advertent puncta, quibus affixa verbis sunt adjungenda.

פָּקַד *visitavit*.

פְּקָדָם vel דָמוֹ	*illos*.	פְּקָדוֹ vel דָהוּ	*illum*.
פְּקָדָן	*illas*.	פְּקָדָהּ	*illam*.
פְּקַדְכֶם	*vos*, m.	פְּקָדְךָ	*te*, m.
פְּקַדְכֶן	*vos*, f.	פְּקָדֵךְ	*te*, f.
פְּקָדָנוּ	*nos*, c.	פְּקָדַנִי	*me*, c.

Terminatio [-] *tzere* non mutatur; ut אֲהֵבְךָ *dilexit te*, אֲהֵבוֹ *dilexit illum*.

Terminatio ו *vau-cholem* etiam manet, ut יְכוֹלְהּ *praevaluit ei*: verum sequente *sceva* in [ָ] *cametz chatuph* corripitur, ut יְכָלְךָ *praevaluit tibi*.

In tertia fem. singul. פְּקָדָהּ *visitavit illa*, puncta transponuntur sic, ut [:] *sceva* sit sub prima radicali, & [ָ] *cametz* sub secunda, & terminatio הָ ca-

camerz be mutetur in ַת *patbach tau.*
Verum ante affixa ךָ , כֶם , ן , tantum ה *be* in ת *tau* mutatur.

פְּקָדָה

פְּקָדָתָם , ־תָם	*illos.*	פְּקָדַתְהוּ *vel* ־דַתּוּ	*illum.*
פְּקָדָתָן ־תָן	*illas.*	פְּקָדָתָה *vel* ־דַתָּהּ	*illam.*
פְּקָדַתְכֶם	*vos, m.*	פְּקָדַתְךָ	*te, m.*
פְּקָדַתְכֶן	*vos, f.*	פְּקָדָתֵךְ	*te, f.*
פְּקָדַתְנוּ	*nos, c.*	פְּקָדַתְנִי	*me, c.*

In secunda masc. sing. פָּקַדְתָּ *visitasti* primum [ָ] *camerz* in [ְ] *sceva* transit, & [ַ] *pathach* immotum manet.

פָּקַדְתָּ

פְּקַדְתָּם	*illos.*	פְּקַדְתּוֹ *vel* ־דְתָּהוּ	*illum.*
פְּקַדְתָּן	*illas.*	פְּקַדְתָּהּ	*illam.*
פְּקַדְתָּנוּ	*nos, c.*	פְּקַדְתָּנִי	*me, c.*

In secunda persona fem. פָּקַדְתְּ *visitasti*, & prima com. פָּקַדְתִּי *visitavit* eadem mutationis punctorum lex servanda est.

Hae

Hae duae perſonae in affixis conveniunt, niſi quod ſecunda fem. affixa כֶם , כֶן , ךָ , ךְ reſpuat, quae tamen prima perſ. com. recipit: iccirco ad tollendam difficultatem, ſeparata exarabimus.

Advertendum eſt in quibuſdam verbis *pathach* in *chirek* mutari, ut יְלִדְתִּיךָ *genui te*. Inſuper forma verborum perfectorum, quae in [וֹ] *vau-cholem* deſinunt, in ſecunda perſona illud in [ֳ] *cametz chatuph* mutat, uti in tertia maſc. dictum eſt; ut יְכָלְתִּיו *praevalui ei*. Tandem prima perſona etiam ſine [י] *jod* legitur, ut מְשִׁתִהוּ *extraxi eum*.

Advertendum inſuper eſt, verborum vocibus in vocalem finitis, affixa ם, & ן per propriam vocalem affigi, ut in ſubjectis exemplis videre eſt.

פָּקַדְתִּי	פָּקַדְתְּ
פְּקַדְתִּיו *vel* תִּיהוּ *illum.*	פְּקַדְתִּיו *vel* תִּיהוּ *illu.*
פְּקַדְתִּיהָ *illam.*	פְּקַדְתִּיהָ *illa.*
פְּקַדְתִּיךָ *te, m.* ךְ תִּיךְ *te, f.*	פְּקַדְתִּינִי *me, c.*
	illos.

illas. תִין פְּקַדְתִּינִי	*me*, c.	פְּקַדְתִּים	*illos.*
illas. תִין פְּקַדְתִּים	*illos*,	פְּקַדְתִּין	*illas.*
vos, f. כֶן פְּקַדְתִּיכֶם	*vos*, m.	פְּקַדְתִּינוּ	*nos*, c.

In tertia plurali com. פָּקְדוּ *visitarunt* duo priora puncta transponuntur. sic, ut [ָ] *cametz* loco [ְ] *sceva*, & *sceva* loco *cametz* locetur.

Interdum [וּ] *Vau-surek* ante affixa in [ֻ] *Kibbutz* mutatur; ut דְּקָרֻהוּ *transfixerunt eum*. Hoc etiam aliis modis, & personis usuvenit.

פָּקְדוּ

פְּקָדוּם	*illos.*	פְּקָדוּהוּ	*illum.*
פְּקָדוּן	*illas.*	פְּקָדוּהָ	*illam.*
vos, f. כֶן פְּקָדוּכֶם	*vos*, m.	*te*, f. דוּךְ פְּקָדוּךָ	*te*, m.
פְּקָדוּנוּ	*nos*, c.	פְּקָדוּנִי	*me*, c.

In utraque persona secunda plurali פְּקַדְתֶּם *visitastis*, masc. & פְּקַדְתֶּן *visitastis*, fem. tantum desinentia תֶּם, & תֶּן in תוּ mutatur punctis immotis.

Hae duae personae eadem affixa recipiunt, & sensu tantum distinguuntur.

פְּקַדְתֶּם ׳ פְּקַדְתֶּן

פְּקַדְתּוּם *illos.*	פְּקַדְתּוּהוּ *illum.*
פְּקַדְתּוּן *illas.*	פְּקַדְתּוּהָ *illam.*
פְּקַדְתּוּנוּ *nos, c.*	פְּקַדְתּוּנִי *me, c.*

In prima plur. com. פָּקַדְנוּ *visitavimus*, primum [ָ] *cametz* in [:] *sceva* transit, reliqua invariata manent.

פְּקַדְנוּ

פְּקַדְנוּם *illos.*	פְּקַדְנוּהוּ *illum.*
פְּקַדְנוּן *illas.*	פְּקַדְנוּהָ *illam.*
פְּקַדְנוּכֶם *vos, m.*	פְּקַדְנוּךָ *te, m.*
פְּקַדְנוּכֶן *vos, f.*	פְּקַדְנוּךְ *te, f.*

Futurum cum Affixis.

In futuro desinentia [וֹ] *Vau-cholem* ante affixa in [:] *sceva* mutatur. Verum ante affixa ךָ ׳ כֶן ׳ כֶם in [ֳ] *cametz-chatuph* transit: & nonnunquam etiam in [ֻ] *Kibbutz*, ut וִיחֻנֶּךָּ *& gratiam faciat tibi.*

Si vero in [ַ] *pathach* desinit, uti in

in pag. 75. adnotatum est, tunc *Vaucholem* in [ֹ] *cametz* transit; ut יִשְׁלַח *mittet*, fit יִשְׁלָחֲךָ *mittet te*. Hoc etiam Infinito, & Imperativo usuvenit, ut שְׁלָחָהּ *mittere eam*, sic שְׁאָלֶהָ *interroga eam*.

Tandem hic adnotandum est ante affixa נִי ,ךָ ,ךְ ,הָ ,הוּ ,וֹ poni נ *nun*, quod *Epentheticum*, seu *Interposititium* nuncupatur: sic יְשַׁבְּחוּנְךָ *laudabunt te*, יְשָׁרְתוּנְךָ *ministrabunt tibi*.

visitabit יִפְקֹד

יִפְקְדֵם ,דֵמוֹ	*illos.*	יִפְקְדוֹ ,דֵהוּ ,דֶנּוּ	*illum.*
יִפְקְדֵן	*illas.*	יִפְקְדָהּ ,דֶהָ ,דֶנָּה	*illam.*
יִפְקָדְכֶם	*vos, m.*	יִפְקָדְךָ	*te, m.*
יִפְקָדְכֶן	*vos, f.*	יִפְקְדֵךְ	*te, f.*
יִפְקְדֵנוּ	*nos, c.*	יִפְקְדֵנִי	*me, c.*

Eadem plane ratione reliquae futuri personae recipiunt affixa.

Advertendum est in personis secunda, & tertia fem. plur. תִּפְקוֹדְנָה *visitabitis*, & *visitabunt*, posse his personis tum pronomina separata adjungi,

 tum

tum eadem affixa eodem pacto, quo tertiae masc. plur. יִפְקְדוּ apponuntur, mutata scil. desinentia נָה in ו *Vau-surek*, & [וֹ] *Vau-cholem*, vel [ַ] *pathach* in [:] *sceva;* ut תִּפְקְדוּהוּ *visitabitis*, vel *visitabunt illum*, sic תִּפְקְדוּךָ *visitabunt te*.

Imperativus cum affixis.

Persona masc. sing. Imperativi פְּקוֹד *visita* ob affixa in prima pro [:] *sceva* habet [ָ] *cametz-catuph*, & in secunda [וֹ] *vau-cholem* in [:] *sceva* transit. Si vero in *pathac* desinit, in [ָ] *cametz* mutatur, uti in futuro adnotatum est. Personae fem. sing. פִּקְדִי *visita*, fem. nuda affixa apponuntur.

In plurali masc. nihil mutat, nisi secunda thematis sit gutturalis, ut מַחֲצוּ *percutite;* מְחָצוּהוּ *percutite illum.*

Persona fem. plur. פְּקוֹדְנָה *visitate*, secundam pluralem fem. futuri תִּפְקוֹדְנָה imitatur.

פקוד

פְּקוֹד

פְּקָדֵם	*illos.*	פְּקָדוֹ , דֵהוּ , דֶנּוּ	*illum.*
פְּקָדֵן	*illas.*	פְּקָדָה , דָהָ , דֶנָּה	*illam.*
פְּקָדֵנוּ	*nos, c.*	פְּקָדֵי *vel* פְּקָדֵנִי	*me, c.*

פִּקְדִי

פִּקְדִים	*illos.*	פִּקְדִיהוּ	*illum.*
פִּקְדִין	*illas.*	פִּקְדִיהָ	*illam.*
פִּקְדִינוּ	*nos, c.*	פִּקְדִינִי	*me, c.*

פִּקְדוּ

&c. פִּקְדוּם	*illos.*	&c. פִּקְדוּהוּ	*illum.*

Infinitus cum Affixis.

Prima infiniti vox in *Kal* פְּקוֹד *visitare*, tria affixa tantum recipit, ſcil. פָּקְדְךָ *viſitare te*, maſc. פָּקְדְכֶם *viſitare vos*, maſc. פָּקְדְכֶן *vos*, fem.

Secunda vox פְּקוֹד *viſitare* omnino cum imperativo convenit.

פְּקֹד

illam.	פָּקְדוֹ , דֵהוּ , דֶנּוּ	illos.	פָּקְדָם
illum.	פָּקְדָהּ , דָהּ , דֶנָּה	illas.	פָּקְדָן
te, m.	פָּקְדְךָ	vos, m.	פָּקֶדְכֶם
te, f.	פָּקְדֵךְ	vos, f.	פָּקֶדְכֶן
me, c.	פָּקְדִי	nos, c.	פָּקְדֵנוּ

De Infinito adnota nonnunquam cum [ִ] *chirek*, & [ֻ] *kibbutz* legi, ut בִּבְגְדוֹ *cum praevaricaretur ipse*; sic בְּקֻצְרְכֶם *cum messueritis vos*.

Praeterea si secunda thematis est gutturalis, subscribitur [ֳ] *chateph-cametz*, & littera antecedens puncto affini signatur, ut מָאֳסוֹ *spernere illum*.

Insuper si tertia est gutturalis, & in [ַ] *pathach* desinit, ut בְּרֹחַ *fugere*, פְּתֹחַ *aperire*, tunc simplex [ְ] *sceva* trium affixorum כֶם , כֶן , ךָ fit *compositum*, ut בְּבָרְחֲךָ *cum fugeres tu*, &c. in reliquis ob affixa formam פְּקוֹד imitatur, atque in prima habet [ִ] *chirek*, ut פִּתְחוֹ *aperire ipsum*.

Et quaedam in prima habent [ַ] *pathach*, ut רַקְּעֲךָ *extendere te*.

Tan-

Tandem adnotandum eſt affixa, quae infinito adduntur, modo per accuſativum, modo per nominativum exponi.

Benoni cum Affixis.

Participio *Benoni* ſing. פּוֹקֵד *viſitans*, & plur. פּוֹקְדִים *viſitantes*, more nominum affixa omnia apponuntur, mutationemque in punctis patitur, quam in pag. 51. in voce כּוֹרֵם ob *tzere* ultimum, & pag. 53. in voce אוֹצָר ob *vau-cholem* penultimum, tradidimus. In ſingulari numero hoc peculiare obtinet, ut etiam verborum affixa propria recipiat; ut פּוֹקְדֵהוּ *viſitans illum*, פּוֹקְדָהּ *illam*, פּוֹקְדֵם *illos*, פּוֹקְדֵן *illas*, פּוֹקְדֵנִי *me*, c. atque per participium redditur, uti in adlatis exemplis; ſi vero reliqua affixa recipit, per nomen explicandum eſt, ut שׁוֹמְרוֹ *cuſtos ejus*, פּוֹקְדִי *viſitator meus*.

Verum ſi τῷ *Benoni* fem. ſingul. num. addere affixa contingit, ſecunda vox פּוֹקֶדֶת uſurpanda eſt, ut פּוֹקַדְתּוֹ *viſitans illum*, פּוֹקַדְתֵּךְ *te*, m. &c.

Consulto omisimus nonnulla, quae a traditis regulis nonnihil distare videntur, & usu addiscere facillimum est.

Affixa reliquarum Conjugationum.

Passivae Conjugationes *Niphal*, *Puhal*, *Hophal*, & reciproca *Hithpahel* affixa non recipiunt, nisi raro admodum, & fere Infinito addita inveniuntur; ut בְּיוֹם הִבָּרְאָם *in die creari eos*, h. e. *creationis eorum*; in quo exemplo infinitus pro nomine usurpatur, uti Hebraeorum mos est.

In *Pihel* ob affixa [ֵ] *tzere* in [ְ] *sceva* mutatur per totam conjugationem, nec *daghesc formativum* ejicitur, ut פִּקְּדָהוּ *accurate visitavit eum*, יְפַקְּדֵם *accurate visitabit illos*, פַּקְּדוֹ *accurate visita illum*, מְפַקְּדֵנִי *accurate visitans me*.

Verum ante affixa כֶם, כֶן, ךָ, quae ab alio [ְ] *sceva* simplici incipiunt, *tzere* mutatur in [ֶ] *segol*, ut פִּקֶּדְכֶם *accurate visitavit vos*, m. פִּקֶּדְכֶן *accurate visitavit vos*, f. לִמֶּדְךָ *docuit te*, m.

For-

Formae *Hiphil*, punctis immotis, affixa apponuntur, ut הִפְקִידוֹ *praefecit eum* יַפְקִידֵם *praeficiet eos*, &c.

Verba Imperfecta cum Affixis.

I. Praeteritum *Kal Defectivorum Penun*, & Conjugatio *Pihel*, & *Hiphil* Perfectorum more affixa recipiunt.

In futuro [ַ] *pathach* mutatur in [ָ] *camets*, quod & Imperativo usuvenit, ut יִקָּחוֹ *accipiet illum*, קָחֵנוּ *accipe eum*.

Animadverte, Infinitum formam nominum sex punctorum sequi, ut גִּשְׁתּוֹ *accedere ipsum*:

II. Praeteritum *Kal Defectivorum Ain* nihil mutat. *Vau-cholem* futuri, imperativi, & infiniti, sub radicali mutatur in [ֻ] *Kibbuts*, vel [ֳ] *camets-chatuph* cum *daghesc* in sequenti, ut יְסֻבֶּנּוּ *circumdabit eum*, a יָסוֹב; sic חָנֵּנִי *miserere mei*, a חוֹן sic סֹבִּי; *circumdare me*, a סוֹב.

Verum sub formativis puncta longa, scil. [ָ] *camets*, & [ֵ] *tsere* mutantur in

in *sceva simplex*, vel *Compositum* ob gutturales, ut יְקָבֵם *maledicet eis*.

Conjugatio *Pihel* legem perfectorum servat.

In Conjugatione *Hiphil* puncta longa [ׇ] *cametz*, & [ֵ] *tzere* sub formativis in [ְ] *sceva simplex*, vel [ֲ] *compositum* ob gutturales, mutantur; ut הֲדִמָּנוּ *silere fecit nos*; sic יְסִבֵּנִי *circumducet me*; sic מְגֹלְלוֹ *volvens illum*.

III. *Quiescentia Pe-jod* verbi perfecti mutationem sequuntur.

Futurum & Imperativus si desinant in [ַ] *patbach*, abeunt in [ׇ] *cametz*, si in [ֵ] *tzere*, in [ְ] *sceva* mutantur; ut דְּעֵהוּ *cognosce eum*, &c.

Infinitus ob duplex *segol* ad formam nominum sex punctorum mutatur, ut לֶכֶת *ambulare*, fit לֶכְתְּךָ *ambulare tuum*, &c.

Formis *Pihel*, & *Hiphil* perfectorum more affixa apponuntur.

IV. *Quiescentia Ain-vau* in praeterito punctum [ׇ] *cametz* servant, ut שָׂם *posuit*, שָׂמָהּ *posuit illam*.

Verum idem *cametz* sub formativis *Jethan* futuri in [ְ] *sceva* mutatur; ut

ut תְּצוּדֵנִי *venaberis me*. Hoc etiam futuro *Hiphil* usuvenit.

Imperativus, & Infinitus immoti manent. Interdum per euphoniam ו *surek* in [ֻ] *kibbutz* transit; ut בְּקֻמוֹ *cum exsurgeret ipse*.

Conjugatio *Pihel* formam perfectam sequitur.

In *Hiphil* [ֵ] *tzere* sub formativa ה *he* in tertiis personis in [ֲ] *chateph-pathach*, vel [ֱ] *chateph-segol* mutatur, ut הֲפֵרָם *labefactavit eos*; sic הֱשִׂימוֹ *posuit illum*. Idem [ֵ] *tzere* sub formativa participii in [ְ] *sceva* transit; ut מְשִׂימְךָ *ponens te*.

Punctum [ָ] *cametz* infiniti, & imperativi in *sceva compositum* mutatur; ut בַּהֲמִיתוֹ *cum morte afficeret illum*; sic הֲקִימֵנִי *suscita me*.

V. *Quiescentia Lamed-aleph* cum perfectis conveniunt; nam primum *cametz* in [ְ] *sceva* mutatur, & ultimum manet, sic קְרָאוֹ *vocavit eum*.

Futurum, & imperativus non mutantur. Infinitus perfectam formam sequitur, ut בְּקָרְאִי *cum clamarem ego*..

Con-

Conjugationes *Pihel*, & *Hiphil* perfectorum legem servant.

VI. *Quiescentia Lamed-he* ob affixa in tertiis personis singul. num. præteriti *Kal* amittunt ה *he*, & primum *cametz* tum in singulari, tum in plurali servant; sic עָשָׂהוּ *fecit illum*, קָנָם *possedit eos*, קָנָכֶם *possedit vos*, &c. sic קָנוּם *possederunt eos*, קָנוּהוּ *possederunt illum*.

In reliquis personis ejusdem praeteriti idem *cametz* in *sceva* mutatur, ut מְשִׁיתִהוּ *extraxi eum*.

Futuro, & imperativo affixa apponuntur abjiciendo tantum ה *he*, ut יִקְנֵנִי *possidebit me*, נְחֵנִי *deduc me*.

Terminationi וֹת infiniti tantum affixa apponuntur, ut בִּבְנוֹתְכֶם *in extruendo vos*.

Formis *Pihel*, & *Hiphil* abjiciendo litteram ה *he* affixa apponuntur.

Tandem hic adnotandum succurrit, omnia hebraica verba tum Perfecta, tum Imperfecta esse *Simplicia*, nec aliarum linguarum more *Praepositionibus* componi; Hebraei autem *praeposi-*

tio-

tionem inter verbum, & nomen sequens constituunt: atque hinc fit, ut peculiares Hebraeis loquendi modi, diversaeque unius Radicis significationes oriantur; sic הָלַךְ *ire*, si cum אֶל *ad* construitur, *adire*; si cum מִן *a*, *ab*, *abire* denotat, &c. item רָעָה *pascere*, & *depascere* seu *perdere* significat.

Interdum etiam sine ejusmodi constructione verba *Simplicia Compositorum* significationem obtinent, quod ex ipso contextu facile eruitur, ut עָמַד *stetit*, & *obstitit*; &c. Haec ex Lexicis facilius hauriuntur.

CAPUT IV.

De Dictione Indeclinabili.

Vox indeclinabilis *Adverbia*, *Praepositiones*, *Conjunctiones*, & *Interjectiones* complectitur.

Adverbia.

Loci, פֹּה *hic*. שָׁם *ibi*.

Tem-

Temporis, תְּמוֹל *heri*. הַיּוֹם *hodie*.
Numeri, שֵׁנִית *secundo*. שְׁלִישִׁית *tertio*.
Affirmationis, כֵּן *sic*, *ita*. אָמֵן *vere*.
Negationis, לֹא *non*. בִּלְתִּי *minime*.
Interrogationis, הֲלֹא *numquid?* לָמָּה *cur?* אֵיפֹה *ubi?* מֵאַיִן *unde?*
Dubitandi, פֶּן *ne forte*. לוּ *forsitan*.
Demonstrandi, הֵן, הִנֵּה *en*, *ecce*.
Optandi, אַחֲלֵי *utinam*.
Similitudinis, כֵּן *sic*. כַּאֲשֶׁר *sicut*. &c.

Praepositiones.

Loci, אֵצֶל *apud*. אַחַר *post*.
Caussae, בַּעֲבוּר *propter*. תַּחַת *pro*.
Conjunctionis, עִם, עַל, אֶל *cum*, *in*. אֵת *cum*.
Separationis, בְּלִי, מִבְּלִי *sine*. לְבַד *praeter*.

Litterae Serviles, וכלב משה etiam Praepositionum vicem gerunt, de quibus pag. 56. & sequ. dictum est.

Conjunctiones.

Copulae, ו, גַּם *&*, *etiam*.

Se-

Separationis, אוֹ *vel*, *aut*. .
Conditionis, אִם *si*. אוּלַי *si forte*.
Caussae, כִּי *quia*.
Rationis, לָכֵן, עַל־כֵּן *iccirco*. &c.

Interjectiones.

Dolentis, הִי, הוֹי, הוֹיָה *vae*, *heu*.
הָהּ, הֲהָהּ *ahah*.
Admirantis, אֵיכָה, אֵיךְ *quomodo!*
Deprecantis, נָא, אָנָּה. *quaeso*. &c.

De Adverbiorum, & Praepositionum Affixis.

Ex his dictionibus, quae flexu carent, tantum Adverbiis, & Praepositionibus *affixa* apponuntur, quae partim ex Nominibus, partim ex Verbis assumunt, uti in subjectis exemplis videre est.

Pauca Adverbia assumunt *affixa*, in quibus si qua punctorum mutatio contingit, fere est ut nominum.

Ad-

Adverbia cum Affixis.

עוֹד	*Adbuc.*	אֵין	*Non.*
עוֹדֶנִּי	*adhuc ego*, c.	אֵינִי, אֵינֶנִּי	*non ego.*
עוֹדְךָ	*adbuc tu*, m.	אֵינְךָ	*non tu*, m.
עוֹדֵךְ	*adbuc tu*, f.	אֵינֵךְ	*non tu*, f.
עוֹדֶנּוּ	*adbuc ille.*	אֵינוֹ, אֵינֶנּוּ	*non ille.*
עוֹדֶנָּה	*adbuc illa.*	אֵינָהּ	*non illa.*
עוֹדְכֶם	*adbuc vos*, &c.	אֵינָם	*non illi.* &c.

הֵן, הִנֵּה	*ecce.*	אַיֵּה	*ubi?*
הִנְנִי, הִנֵּנִי	*ecce ego.*	אַיִּי	*ubi ego?*
הִנְּךָ	*ecce tu*, m.	אַיֶּךָ	*ubi tu?* m.
הִנֵּךְ	*ecce tu*, f.	אַיּוֹ	*ubi ille?*
הִנְּכֶם	*ecce vos*, m.	אַיָּם	*ubi illi?*
הִנֶּנּוּ	*ecce nos*, c.	אַיֶּכֶם	*ubi vos?* m.
		אַיֵּנוּ	*ubi nos?* c.

Sic כְּמוֹ *ficut* fi junguntur *affixa constructa*, [:] *sceva* fub כ *chaph* retinetur,

tur, ut כְּמוֹכֶם *sicut vos*, כְּמוֹהֶם *sicut illi*. Verum cum aliis *affixis* mutatur in [ָ] *cametz*, ut כָּמוֹנִי *sicut ego* &c.

Praepositiones cum Affixis.

Quaedam Praepositiones ad formam nominum pluralium cum [י] *jod*, & quaedam ad formam nominum singularium Affixa recipiunt.

אֶל *Ad.*	אֵת *Cum.*
אֵלַי *ad me.*	אִתִּי *mecum*, c.
אֵלֶיךָ *ad te*. m.	אִתְּךָ *tecum*, m.
אֵלַיִךְ *ad te*, f.	אִתָּךְ *tecum*, f.
אֵלָיו *ad illum*, &c.	אִתּוֹ *cum illo*, &c.
אֵלֵינוּ *ad nos*, c.	אִתָּנוּ *nobiscum.*
אֲלֵיכֶם *ad vos*, m.	אִתְּכֶם *vobiscum*, m.
אֲלֵיהֶם *ad illos.*	אִתָּם *cum illis*, m.

Ex *Praepositionibus* sex tantum excipiuntur, quae respuunt *affixa*, scil. עֵבֶר *trans*, נֹכַח *coram*, בְּלֹא *sine*, חוּץ *foris*, לְפִי *secundum*, הָלְאָה ultra.

Reliquae *Praepositiones* vel recipiunt [י] *jod* ante *affixa* ut אֶל *ad*; vel sine *jod* ut אֵת *cum*.

De litteris Paragogicis, sive Adjectitiis.

Litterarum Paragogicarum usus frequentissimus apud Hebraeos.

Quinque enumerantur, scil. ן *nun*, י *jod*, ו *vau*, ה *he*, א *aleph*, quae Nominibus, Pronominibus, & frequentius Verbis euphoniae caussa additae comperiuntur, atque illorum puncta, & accentum mutant.

I. Adduntur Verbis ן, י, ה: sic ה *he* primis vocibus imperativi, & infiniti, & primis personis futuri, ut שִׁמְעָה *audi*, פִּקְדָה *visitare*, אֲבָרְכָה *benedicam*, וּנְרוֹמְמָה &c. *exaltabimus*.

Nonnunquam ה *he* paragogicum infiniti, accedente affixo, in ת *tau* mutatur, ut בְּקָרְבָתָם *in accedere eos*, pro בְּקָרְבָם. Praeterea verborum vocibus in [ּ] *camets* desinentibus additur, ut פְּקַדְתָּה *visitasti*, m.

Idem ה *he* tum nominibus, tum ipsis affixis adjicitur; ut חַרְסָה *sol*, pro חרס

אֵילִיהֶמָּה sic ; לַיִל pro *nox* , לַיְלָה , הֶרֶם *frontispicia eorum* , pro אֵילֵיהֶם , יָדְכָה *manus tua* , pro יָדְךָ .

י *Jod* participiis *benoni* , & *pabul* , & infinitis , ut שׁוֹכְנִי *habitans* , גְּנֻבְתִי *furto ablata ;* sic לְהוֹשִׁיבִי *ad habitare faciendum* .

נ *Nun* perſonis in ו *vau* , vel [׳] *chirek* finitis additur , ut יִפְקְדוּן *viſitabunt* , יָדְעוּן *ſciverunt* , פִּקְדִין *viſita ;* & interdum haec littera infinitis addita legitur , ut אֲבָדָן *perire* .

Aliquando א *aleph* verborum vocibus in וּ *vau-ſurek* finitis adjunctum reperitur ; ut הָהְלְכוּא *qui iverant* .

ו *Vau* paucis vocibus additum legitur , ut בְּנוֹ *filius* , לְמַעְינוֹ *in fontem* .

י *Jod* nominibus adjectivis , & affixis gen. fem. ut מְלֵאֲתִי *plena* , pro מְלֵאָה , sic בְּתוֹכֵכִי *in medio tui* , pro בְּתוֹכֵךְ .

Advertendum eſt aliquando נ , & [׳] *jod* verbis , & nominibus interpoſitum legi , quod *Epentheticum* , ſeu *Interpoſititium* nominatur , ſic נ *nun* in futuro ante affixa ו , הוּ , הָ , ךָ , ךְ , נִי , ut יְשַׁבְּחוּנְךָ *laudabunt te* ,

K 2 ימצאוננו

יִמְצָאוּנְנִי *invenient me*, &c. uti in pag. 131. dictum est: sic שִׁבְעָנָה *septem*, pro שִׁבְעָה, בָּשְׁנָה *confusio*, pro בּוּשָׁה. Sic ['] *jod* לִדְרוֹיש *ad quaerendum*, חָנֵּינוּ *miserere nostri*, sic פָּרָשָׁיו *auriga ejus*, pro פָּרָשׁוֹ.

Tandem hic adnotare abs re non erit, quemadmodum litteras redundare, sic interdum deficere, sic legitur אִי־נָקִי *vir innocens*, pro אִישׁ, כֵּס *folium*, pro כִּסֵּא, חִי *gratis*, pro חִנָּם.

De Punctorum mutatione ob Accentum distinctivum, seu pausantem, & Makkaph.

Ultima punctorum mutatio in verbis, nominibus, & pronominibus habetur ob *Accentus Distinctivos* scil. *Soph-pasuk*, & *Athnah*, qui in penultima vocum puncta brevia in longa mutant, nim. [-] *pathach* in [ּ] *camets*, & [-] *tsere*; sic נֹאבֵד׃ *peribimus*, pro נֹאבַד; עָמָד׃ *stetit*, pro עָמַד; יָדָי *manus meae*, pro יָדַי.

Primum [ֶ] *Segol* in forma *duplicis segol*

gol in [ָ] *cametz*, ut לָשָׁבֶת *ad sedendum*, pro לָשֶׁבֶת; sic שָׁמֶשׁ *sol*, pro שֶׁמֶשׁ. Excipitur nomen אֶרֶץ *terra*, cui si littera servilis ה *he* præfigitur, primum *segol*, etsi accentus distinctivus desit, in [ָ] *cametz* mutatur, ut הָאָרֶץ *haec tellus*. Item excipiuntur מֶלֶךְ *Rex*, & צֶדֶק *justitia*, quae primum *segol* cum ipso accentu pausante servant.

[ֳ] *Cateph-cametz* interdum in וֹ *vau-cholem*, ut חוֹלִי *morbus*, pro חֳלִי.

[ְ] *Sceva* in [ָ] *cametz*, [ֵ] *tzere*, & [וֹ] *vau-cholem*, vel in punctum longum, a quo ortum duxit, ut נָפָלוּ *ceciderunt*, pro נָפְלוּ; עָצָמוּ *roborati sunt*, pro עָצְמוּ; sic יִמְסֹרוּ *tradent*, pro יִמְסְרוּ a tertia singul. יִמְסֹר.

Interdum ipsum *sceva* etiam in [ֶ] *segol* mutatum legitur, ut לַאֲמָתֶךָ *ancillae tuae*, pro לַאֲמָתְךָ.

Ob accentus pausantes puncta pronominum transponuntur, sic dicitur לָךְ *tibi*, masc. pro לְךָ, מִמֶּךָּ *a te*, pro מִמְּךָ, &c. & in quibusdam puncta brevia in longa mutantur, ut אָנֹכִי *ego*, אֲנֹכִי, אָתָּה *tu*, pro אַתָּה.

Accentus *Makkaph* vocales longas in breves mutat, nim. [ֵ] *tzere* in [ֶ] *segol*, [ָ] *cametz in* [ַ] *pathach*, [וֹ] *vau-cholem* in [ֳ] *cametz-chatuph*; ut בֶּן־אָדָם *filius hominis*, pro בֵּן; sic זָכְרֵ־לִי *memento mei*, pro זְכוֹר.

De Radicis Investigatione.

Apud Hebraeos omne *Thema*, seu *Radix*, quae שֹׁרֶשׁ dicitur, tribus litteris radicalibus constat. Litterae in undecim *Radicales*, & totidem *Serviles* dividuntur.

Radicales גֵט חֶסֶד קְצַר זַעַף

Serviles מֹשֶׁה כָּתַב אֲלֵינוּ

Serviles etiam radicales esse possunt, si statuto dictionis loco positae reperiantur; sic שׁאבל *scabbal* in medio, & fine dictionis sunt de *themate*. מנוכה *menochach* in medio semper sunt de *radice*, excepta consona (ו) *vau*, quae consequitur *cholem*. תוי *tavi* ubique radicales esse possunt.

Ergo

Ergo in investiganda *Radice* amotis ex quacumque data dictione litteris servilibus, vel tres, vel duae, vel unica tantum consona remanebit. Si tres supersunt, ut in voce וַיִּפְקְדוּ, ex qua duabus prioribus ו *vau*, & (י) *jod* ablatis, & ultimo ו *vau*, radix erit פָּקַד *visitavit*.

Si duae supersunt, & tunc vel נ *nun*, vel (י) *jod* praeponenda, ut in voce וַיִּפּוֹל; ex qua remotis servilibus, remanet פֹּל, praepone נ *nun*, radix erit נָפַל *cecidit*. Sic in dictione דְּעוּ *cognoscite* abjecto ו *vau*, remanent דע, praeposito (י) *jod* radix erit ידע.

Verum si hac ratione radix non prodeat, & tunc vel interpone ו *vau*, ut in voce קַמְתִּי *surrexi*, ablatis servilibus ת *tau*, & (י) *jod*, radix erit קום *surgere*: vel postpone ה *he*, ut וַיְכַס *& texit*, radix erit כָּסָה *texit*: vel geminanda est secunda radicalis, ut פַּסּוּ *defecerunt*, radix erit פָּסַס *defecit*.

Si, ablatis servilibus, una remaneat, tunc postpone ה *he*, & vocis ini-

tio adde vel נ *nun*, vel (י) *jod* exsurget radix, ut in voce הוּכָּה *percussus fuit*, amotis servilibus, remanet כ, radix erit נָכָה *percussit*: sic הונו *vim fecerunt*, radix est יָנָה *oppressit*.

Praeterea si, amotis servilibus, nulla radicalis littera, aut plures tribus remaneant, hasce regulas observato.

Si nulla radicalis littera supersit, inspiciendum est, num in illa voce litterae serviles non sint proprie radicales, quamvis reperiantur in iis locis, in quibus serviles esse solent: sic vocis וַיְתָוֶה *& signavit* omnes litterae neque natura, neque positione sunt radicales, sed omnes radicales esse possunt; lexicum evolvo num radix sit זית, vel יָתָה, aut תָּוָה, invenio esse תָּוָה *signavit*.

Si plures tribus remaneant, dicendum est radices quatuor, vel quinque litteris constare, de quibus pag.122. dictum est; ut in voce בְּקַרְדֻּמּוֹתֵיהֶם *in securibus suis*, a qua demtó praefixo ב, desinentia plur. ות, & affixo constructo יהֶם, hujusce vocis radix erit

קרדום

קַרְדֹּם *securis*. Idem de aliis vocibus, quae a verbo originem ducunt, dicendum est.

Insuper ad inveniendam *radicem* tum Temporum, tum Conjugationum characteristicas advertere maxime conducit; sic יאתן *jetan* sunt notae futuri ab initio, בכלם *baclam* infinitivorum, נ *niphal*, ה *hiphil*, *hophal*, & Imperativi *niphal*, מ participiorum, (י) *hiphil*, הת *hithpahel*. Haec tirones in verborum Conjugationibus advertetunt.

Tandem nonnulla admonenda restant; primo si sub inventa radice, puncta non subscribantur, radix illa inusitata dicitur in Conjugatione *Kal*, at usitata in alia Conjugatione, ex gr. in adlata voce ידע, *Hiphil* הוֹדִיעַ *cognovit*. Secundo non omnes Hebraicarum vocum *radices* tantum tribus radicalibus constant, reperiuntur quidem *themata*, quae etiam duabus litteris radicalibus constant, ut שֵׁם *nomen*, & interdum pluribus constant, ut כִּרְבֵּל *amicire*. Tandem ipsa Verba vel ab adverbio, vel

vel a nomine ortum ducunt; ut a נֶגֶד *coram*, est verbum הִגִּיד *indicavit*; sic a שַׁחַר *aurora*, est verbum שִׁחֵר *nigrescere*.

CAPUT V.

De Syntaxi Hebraica.

In Hebraicae Syntaxis praeceptionibus tradendis, in iis praecipue, in quibus ab aliarum linguarum syntaxi discrepat, immorabimur.

Hebraici Nominis Constructio.

Usitatum est Hebraeis pro nomine verbali participium adhibere; Jer. 46. 16. שֹׁכְנִי *habitator in cavernis* h. e. *cavernarum*.

Pro abstracto interdum nomen concretum usurpant; II. Sam. 19. 43. מֶלֶךְ *Rex* pro מַלְכוּת *regnum*: sic Psal. 119. 176. תָּעִיתִי כְּשֶׂה אֹבֵד *erravi sicut agnus periens*, h. e. *perditionis*. Sic etiam *Propheta*, pro *prophe-*

phetia ; dives , pro *divitiae*.

Nomen ſubſtantivum Adjectivo, Participio , & Pronomini praeponitur; Proverb. 10. 1. בֵּן חָכָם *filius ſapiens:* ibid. 13. 14. לֵב נָבוֹן *animus intelligens.*

Excipiuntur Adjectiva numeralia , & quaedam alia , quae interdum ſubſtantivum praecedunt , e. g. כֹּל *omnis* , רַב *multus :* item alia Sacrae Scripturae teſtimonia, in quibus adjectivum ſubſtantivo praepoſitum advertere facillimum eſt.

Uſitata eſt Hebraeis nominis ſubſtantivi iteratio in eodem caſu, & numero , quæ fit I. ad emphaſim , & continuationem deſignandam ; ut Pſal. 22. 1. אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי *Deus meus* , *Deus meus*, *ut quid dereliquiſti me?* ſic Deut. 16. 20. צֶדֶק צֶדֶק תִּרְדֹּף *juſtitiam juſtitiam ſequeris* ; atque haec iteratio ſi ter fiat major orationis vis, & emphaſis exprimitur; Jer. 22. 29. אֶרֶץ אֶרֶץ אֶרֶץ שִׁמְעִי דְּבַר־יְהוָה׃ *Terra, terra* , *terra* , *audi verbum Domini*. II. Ad multitudinem ſignificandam; II. Reg. 3. 16. *ſic dixit Dominus : fac torrentem hunc* *foſ-*

foſſas, *foſſas*, h. e. *plurimas foſſas*. III. Ad diſtributionem denotandam; Iſ. 58. 2. וְאוֹתִי יוֹם יוֹם יִדְרוֹשׁוּן *& me die, die quaerent*, h. e. *per ſingulos dies*, I. Paralip. 26. 13. *& projecerunt ſortes: ſicut parvus, ſic magnus per domum familiarum ſuarum* לְשַׁעַר וָשָׁעַר: *ad portam, & portam*, h. e. *ad ſingulas portas*. IV. Ad rerum diverſitatem, & varietatem indicandam, quod ſemper fit cum ו *Vau copulativo*; Pſal. 12. 3. בְּלֵב וָלֵב *in corde & corde loquentur*, h. e. *duplici corde*. V. Iſta repetitio fit ad partitionem, & diſtributionem; Num. 17. 2. קַח מֵאוֹתָם מַטֶּה מַטֶּה *accipe ab eis virgam, virgam*, h. e. *virgam a ſingulis*. VI. Ad diminutivum exprimendum, quo carent Hebraei; I. Sam. 1. 24. וְהַנַּעַר נָעַר *& puer, puer*, h. e. *puerulus*.

Interdum duo ſubſtantiva conjunguntur, quorum alterum adjectivi vicem gerit ad eamdem ſignificationem intendendam; Pſal. 116. 1. *dilexi, quoniam exaudiet Dominus* אֶת־קוֹלִי תַּחֲנוּנָי *vocem*

cem meam , *ſupplicationes meas*, h. e. *vocem meam per quam ſupplicem*.

Saepius ſubſtantivum pro adjectivo ad pleniorem ſignificationem adhibetur; Pſal. 16. 6. *ſit via illorum* חֹשֶׁךְ וַחֲלַקְלַקּוֹת *tenebrae* , *&* *lubricitates* , h. e. *tenebroſa* , *&* *lubrica*.

Nonnunquam duo ſubſtantiva in *regimine* ponuntur , quorum modo primum , modo alterum tum in ſingulari , tum in plurali numero pro adjectivo uſurpatur; Gen. 17. 5. וְהָיִיתָ לְאַב הֲמוֹן גּוֹיִם *&* *eris in patrem multitudinis gentium* , h. e. *multarum gentium* : ſic Pſal. 31. 3. הֱיֵה לִי לְצוּר מָעוֹז לְבֵית מְצוּדוֹת לְהוֹשִׁיעֵנִי׃ *Eſto mihi in petram fortitudinis* , *in domum munitionum ad ſervandum me* , h. e. *ut petra fortis* , *ut domus munita ut ſerves me*.

Interdum Adjectivum genere aut numero a ſubſtantivo diſſentit ; Exod. 25. 5. וְעֹרֹת אֵילִם מְאָדָּמִים *&* *pelles arietum rubricatos* , pro *rubricatas* ; אֲדֹנִים קָשֶׁה *dominatores durus*, pro *duri*.

Aliquando adverbium pro adjectivo adhibetur ; Sam. 25. 31. דָּם חִנָּם *ſanguis*

guis immerito, h. e. *innocens*.

Saepe ſubſtantivo eleganter adduntur *praefixa* ל *in*, *ad*, ב *in*, & מִן, vel diminutivum מ *de*, *ex*, & per accuſandi, vel auferendi caſum explicantur; Iſ. 4. 2. בַּיּוֹם הַהוּא יִהְיֶה צֶמַח יְהוָה לִצְבִי וּלְכָבוֹד *in die illa erit germen Domini in decus*, *&* *in gloriam*, h. e. *decorum*, *&* *glorioſum*; ſic Pſal. 51. 7. הֵן־בְּעָווֹן חוֹלָלְתִּי *ecce in iniquitate formatus ſum* h. e. *iniquus*.

Nonnunquam ſubſtantivum exprimitur adjectivo intellecto, & contra; Proverb. 18. 22. מָצָא אִשָּׁה מָצָא טוֹב *invenit uxorem*, *invenit bonum*, h. e. *bonam*, ſeu *bonis moribus præditam*, ſeu מַשְׂכָּלֶת *intelligentem*, uti ibid. cap. 19. dicitur: ſic Gen. 35. 2. הָסִירוּ אֶת־אֱלֹהֵי הַנֵּכָר *removete Deos alienigenae*, h. e. *alienigenae gentis*. In his & in aliis id genus exemplis defectus juxta ſenſum ſubintelligitur, uti R. Kimchi advertit.

Ad nominis conſtructionem etiam pertinet *Regimen*, de quo pag. 40. dictum eſt.

Par-

Participia a*c*tiva, & Adje*c*tiva, quae apud Latinos auferendi casum regerent, *Regiminis* regulam servant; Psal. 19. 9. מְאִירַת עֵינָיִם *illuminans oculorum*, pro *oculos*: sic Joël. 1. 8. אֱלִי כִּבְתוּלָה חֲגֻרַת שַׂק *ulula quasi virgo accincta sacci*, pro *sacco*.

Idem Substantivo contingit, si sequatur dictio, cujus initium sit aliqua ex litteris vocis שֶׁבְּלֵם *sceblem*; Eccl. 11. 3. מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל *locus, in quo cadet*, pro מָקוֹם.

Saepe genitivus nominis substantivi pro adjectivo ponitur; Exod. 3. 5. אַדְמַת־קֹדֶשׁ הוּא *terra sanctitatis est*, h. e. *sancta*.

Aliquando substantivum regens praecedit substantivum quod regitur: quae tamen constructio fit per *hypallagen*, seu vocum inversionem; Num. 30. 14. וְכָל־שְׁבֻעַת אִסָּר *& omne juramentum ligaminis*, pro אִסַּר שְׁבֻעָה *ligamen*, seu *obligatio juramenti*.

Hîc abs re non erit adnotare, interdum pro forma constructa formam absolutam poni, & contra; 1. Reg. 22.

22. 17. *Et comedere facite eum* לֶחֶם לַחַץ וּמַיִם לַחַץ *panem angustiae*, *& aquam angustiae*, pro מֵי. Sic Num. 5. 18. מֵי הַמָּרִים *aquae amarae*, pro מַיִם: sic Job. 18. 2. תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין *ponetis fines sermonibus*, pro קִנְצִין.

Nomina substantiva verbalia modo genitivum, modo sui verbi casum regunt; Psal. 19. 10. יִרְאַת יְהוָה טְהוֹרָה *timor Domini mundus*: sic Is. 11. 9. כִּי מָלְאָה הָאָרֶץ דֵּעָה אֶת־יְהוָה *quoniam repleta est terra cognitione Dominum*, pro *Domini*.

Quidam ex Grammaticis in hoc dicendi genere nomen verbale pro verbo infinito positum opinantur.

Usitatum est Hebraeis nomina Dei אֵל, אֱלֹהִים, יְהוָה nominibus addere ad rerum praestantiam, & excellentiam significandam; Gen. 35. 5. וַיְהִי חִתַּת אֱלֹהִים עַל־הֶעָרִים *Et fuit terror Dei super urbes*, h. e. *terror maximus*: sic Ps. 36. 7. *Justitia tua* כְּהַרְרֵי־אֵל *sicut montes Dei*, h. e. *altissimi*: sic Jon. 3. 3. וְנִינְוֵה הָיְתָה עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים *& Ninive erat civitas ma-*

magna Deo, h. e. *maxima*.

Hebraei pro reciprocis, quibus carent, affixis tertiae personae utuntur, de quibus pag. 47. actum est; Is. *6.* 2. *duabus alis velabat* פָּנָיו *faciem ejus*, *& duabus velabat* רַגְלָיו *pedes ejus*; h. e. *faciem suam*, *& pedes suos*.

Aliquando pronomen relativum אֲשֶׁר *qui*, *quae*, *quod* desideratur; Psal. 18. 44. עַם לֹא־יָדַעְתִּי יַעַבְדוּנִי *populus non cognovi servivit mihi*, h. e. אֲשֶׁר *quem non* &c.

Interdum relativum, & substantivum antecedens omittuntur; I. Paralip. 15. 12. *& ascendere facietis arcam Domini Dei Israël* אֶל־הֲכִינוֹתִי לוֹ *ad praeparavi ei*, h. e. מָקוֹם אֲשֶׁר *locum*, *quem* &c.

Familiare est Hebraeis, tum particulas, tum affixa post relativum, & nomina supervacue addere; Ezech. 34. 12. *eruam eas ex omnibus locis* אֲשֶׁר־נָפֹצוּ שָׁם *quibus dispersae fuerunt illuc*; particula שָׁם redundat: sic Psal. 11. 4. *Domini in caelo* כִּסְאוֹ *sedes ejus*, affixum ו superfluit.

Saepe etiam eaedem particulae, & affixa reticentur.

Tandem ſciendum eſt Hebraeis morem eſſe quaedam nomina reticere, quae ex ipſius loci conſtructione facilius ſubintelligi poſſunt; hujuſmodi ſunt דָּבָר *verbum*, *res*: יָמִים *dies*: בַּיִת *domus*, &c. De his nominibus Praeceptor, oblata occaſione, tirones edocebit.

De Gradu Comparativo, & Superlativo.

Apud Hebraeos Comparativus, & Superlativus gradus terminatione non extant; tamen aliquot modis hos ipſos gradus circumſcribendo exprimunt, uti pag. 64. tradidimus. Hìc nonnulla accuratius adnotantur.

Efferuntur per adjectivum in gignendi caſu ſubſtantivum regens; Iſ. 23. 8. כְּנַעֲנֶיהָ נִכְבַּדֵּי־אָרֶץ *mercatores ejus honorati terrae*, h. e. *honoratiſſimi in terra*.

Per adjectivum cum ſuffixo; Jon. 3. 5. מִגְּדוֹלָם *a magno eorum* . . .

קטנם

וְעַד־קְטַנָּם & *usque ad parvum eorum*, h. e. *a maximo ad minimum*.

Per nomen abſtractum; Cant. 5. 16. *palatum ejus* מַמְתַקִּים *dulcedines*, & *totus ipſe* מַחֲמַדִּים *deſideria*, h. e. *dulciſſimus*, & *deſideratiſſimus*.

Per adverbii מְאֹד iterationem, quae majoris emphaſis cauſsâ fit; Numer. 14. 7. טוֹבָה הָאָרֶץ מְאֹד מְאֹד *bona eſt terra valde valde*, h. e. *perquam optima*.

Per ſyllabae, vel conſonae additionem in ipſa voce; Oſ. 8. 7. סוּפָתָה *maxima procella*, fit a סוּפָה; de his pag. 60. traditum eſt.

Per ejuſdem vocis iterationem, ut רַע רַע *malus malus*, h. e. *peſſimus*; ſic טוֹב טוֹב *bonus bonus*, h. e. *optimus*.

Praeterea familiare eſt Hebraeis rem, quam praeferunt affirmare, vel approbare, alteramque negare, vel reprobare; Oſ. 6. 6. כִּי חֶסֶד חָפַצְתִּי וְלֹא־זָבַח *Quia miſericordiam volui*, & *non ſacrificium*; h. e. *magis miſericordiam volui*, *quam ſacrificium*; ſic Malach. 1. 2. וָאֹהַב אֶת־יַעֲקֹב וְאֶת־עֵשָׂו שָׂנֵאתִי

 & di-

& dilexi Jacob, & Hesau odio habui, h. e. *magis Jacob dilexi, quam Hesau.*

Aliquando ipsam particulam comparativam omittere solent; צוּף דְּבַשׁ *favus mellis verba composita*, h. e. *ceu favus mellis*.

Tandem nomen *Dei* positivò addunt, ut hos gradus efferant, uti paullo ante pag. 160. dictum est.

De Pronominis Constructione.

De conjunctis, & separatis pronominibus, quae tum nominibus, uti in pag. 47. tum verbis, uti pag. 124. tum adverbiis uti pag. 143. apponuntur, satius dictum est. Heic nonnulla specialius adnotare juvat.

Pronomina, quae nominibus apponuntur Possessiva, & Relativa sunt, ut דְּבָרִי *verbum meum*, לְבוּשׁוֹ *vestimentum ejus*, &c. quae verbis adjiciuntur plerumque Demonstrativa, & Relativa sunt; ut פְּקָדַנִי *visitavit me*, גִּדְּלָם *magnificavit eos*.

Usitata est Hebraeis pronominis demon-

monſtrativi repetitio ad diſtributionem indicandam; ut Pſal. 20. 8. אֵלֶּה בָרֶכֶב וְאֵלֶּה בַסּוּסִים *hi in curru*, *& hi in equis*, h. e. *alii*, *& alii* &c.

Saepe pronomen demonſtrativum tum nominibus, tum verbis additum emphaſis cauſſa redundat; Oſ. 8. 9. פֶּרֶא בוֹדֵד לוֹ *onager ſolitarius ſibi*: ſic Amos 2. 13. הָעֲגָלָה הַמְלֵאָה לָהּ עָמִיר *plauſtrum plenum ſibi manipulis*: ſic etiam Geneſ. 22. 5. שְׁבוּ לָכֶם פֹּה *manete vobis hic*. Item redundans poſt adverbium legitur; II. Sam. 18. 5. *Et praecepit Rex . . . dicendo* לְאַט־לִי לַנַּעַר לְאַבְשָׁלוֹם *leniter mibi* (*propter me*) *erga puerum iſtum erga Abſalom*.

Saepius pronomina verbi ſubſtantivi *ſum*, *es*, quod deeſt, perſonam deſignat; Pſal. 63. 1. אֱלוֹהִים אֵלִי אַתָּה *Deus Deus meus tu*, h. e. *es*; ſic Gen. 3. 10. וָאִירָא כִּי עֵירוֹם אָנֹכִי *& timui quia nudus ego*, h. e. *eram*.

Nonnunquam ipſum nomen perſonae, quae loquitur, vel ejus ad quam fit ſermo, pro Pronominibus adhibetur; Pſal. 50. 14. זְבַח לֵאלוֹהִים תּוֹדָה *im-*

mola Deo laudem , h. e. *mihi* : ſic Zach. 3. 9. *Nam ecce lapis* , *quem poſui* לִפְנֵי יְהוֹשֻׁעַ *coram Joſua* , h. e. *coram te* : ſic etiam Numer. 27. 11. כַּאֲשֶׁר צִוָּה יְהוָֹה אֶת־מֹשֶׁה *quemadmodum præcepit Deus Moſi* , h. e. *ſicut praecepi ego tibi* . In his enim exemplis ipſe Deus loquitur.

De Pronomine Relativo monendum eſt interdum ad antecedentia, vel conſequentia referri , non ad ea , quae propius habet : ſic II. Sam. 20. 6. *Dixitque David ab Abiſai* . . . . . . אַתָּה קַח אֶת־עַבְדֵי אֲדוֹנֶיךָ וּרְדוֹף אַחֲרָיו *tu tolle ſervos Domini tui* , & *perſequere eum* , nim. *Sebam* virum ſeditioſum , de quo paullo ante fit mentio , non *Amaſam* dominum tuum , uti hîc Aben Ezra advertit . Haec , quae paſſim occurrunt in Bibliis , caute tironibus advertenda ſunt , ne a Textu aberrent .

Interdum relativum tum genere , tum numero ab antecedente diſcrepat , atque haec numeri , & generis diſcrepantia per aliud nomen, quod in Textu

xtu ſubintelligendum erit, conciliari debet, uti Aben Ezra, & Kimchi adnotarunt in Exod. 22. 26. *Si in pignus recipiendo in pignus receperis* שַׂלְמַת *veſtem proximi tui, cum occubuerit ſol* תְּשִׁיבֶנּוּ לוֹ *reſtitues illam ei:* ubi vox שלמת feminina eſt, & relativum נּוּ masculinum; quod vel ad חֲבוֹל *pignus*, vel ad בֶּגֶד *veſtis* referendum eſt.

Tandem uſitata eſt Hebraeis relativi iteratio, quae majoris emphaſis cauſsâ fit; Pſal. 9. 7. אָבַד זִכְרָם הֵמָּה *periit memoria illorum ipſis*, h. e. *omnes ipſi ſimul perierunt*. Idem pronominibus demonſtrativis uſuvenit.

De Verbi Conſtructione.

Praeter illa, quae de Verborum Conjugationibus, & Anomalia adnotata ſunt, hìc eorumdem ſignificationis, & Syntaxis praeceptiones in medium producemus.

Peculiari Hebraicae linguae idiotiſmo Verba activa paſſivorum ſignificatio-

tionem obtinent, & interdum **verba passiva** tum active, tum **neutraliter** explicantur; Nehem. 2. 7. *Si Regi bonum erit*; אִגְּרוֹת יִתְּנוּ לִי *epistolas tradant mihi ad Duces trans flumen*, h. e. *epistolae tradantur mihi*: sic Joël. 4. 2. וְנִשְׁפַּטְתִּי עִמָּם שָׁם *& judicium subibo cum illis ibi*, ubi passivum pro activo accipitur: sic etiam Exod. 15. 6. יְמִינְךָ יְהוָה נֶאְדָּרִי בַּכֹּחַ *dextera tua, Domine, magnificus es in fortitudine*, h. e. *magnificata est*: ubi passivum *niphal* neutraliter explicatur.

Verba Hebraica res, & personas regunt, vel latinorum more sine particulis, vel cum particulis ל, ב, את, על, אל, II. Reg. 4. 22. וַתִּקְרָא אֶל־אִישָׁהּ *& vocavit virum suum*; &c.

Interdum particula אֵת, quae potissimum accusandi casum designat, etiam ante Nominativum verbi passivi legitur; Numer. 26. 55. אַךְ־בְּגוֹרָל יֵחָלֵק אֶת־הָאָרֶץ *verumtamen per sortem dividetur terra*. Perraro cum nominativo, quo verbum activum, aut neutrum

re-

regitur, invenitur; I. Sam. 17. 34 וּבָא הָאֲרִי וְאֶת־הַדּוֹב *& venit leo, & ursus*.

Saepe verbum tum genere, tum numero a nomine dissentit; Is. 47. 11. וּבָא עָלַיִךְ רָעָה *& veniet super te malum*: sic Exod. 31. 14. מְחַלְלֶיהָ מוֹת יוּמָת. *profanantes illud moriendo morietur*.

Interdum nominativus, qui verbum semper praecedit, ei postponitur etiam post sui verbi casum; Gen. 1. 1. בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים *In principio creavit Deus*: sic Is. 1. 14. חָדְשֵׁיכֶם וּמוֹעֲדֵיכֶם שָׂנְאָה נַפְשִׁי *Calendas vestras, & sollemnitates vestras odio habet anima mea*.

Frequens est apud Hebraeos temporum, modorum, & personarum *Enallage*, de qua nonnulla ex innumeris in medium producemus.

Imperativus pro futuro; Psal. 37. 27. סוּר מֵרָע וַעֲשֵׂה־טוֹב וּשְׁכֹן לְעוֹלָם *recede a malo, & fac bonum, & habita in saeculum*, pro תִּשְׁכֹּן *habitabis*.

Infinitus pro praeterito, vel pro prae-

praesenti , futuro , imperativo , & participio adhibetur ; Psal. 8. 2. אֲשֶׁר תְּנָה הוֹדְךָ עַל הַשָּׁמַיִם *qui ponere decus tuum super caelos*, pro נָתַתָּ *posuisti ;* sic Psal. 77. 2. קוֹלִי אֶל־אֱלֹהִים וְהַאֲזִין אֵלָי *vox mea ad Dominum , & auscultare mihi*, pro *auscultabit*. &c.

Interdum praeteritum pro futuro, & contra ; quod potissimum fit ob *Vau Conversivum* , de quo pag. *61*. actum est . Item etiam sine *Vau-conversivo* .

Aliquando futurum pro praesenti, vel praeterito imperfecto adhibetur .

Interdum *Benoni* pro *Pahul*, & contra . Haec passim in Bibliis occurrunt.

Praeterea advertendum est temporum sequentium significationem saepe per tempus praecedens determinari: sic Is. *6*. 2. futura יְעוֹפֵף, & יְכַסֶּה exponenda sunt *volabant* , & *tegebant ;* nam participium *Benoni* praecedit, שְׂרָפִים עוֹמְדִים *Seraphim stantes*.

Ad haec persona tertia pro prima, vel secunda exprimitur ; Thren. 3. 1. אֲנִי הַגֶּבֶר רָאָה עֳנִי *Ego vir vidit af-*

fli-

fictionem, pro רָאִיתִי *vidi:* fic Malac. 2. 15. וּבְאֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ אַל־יִבְגּוֹר *& in uxorem pueritiarum tuarum ne praevaricetur*, pro תִּבְגּוֹר *praevariceris*.

Tandem fciendum eft tum verbum fubftantivum הָיָה *fuit* faepiffime defiderari, tum verbum finitum, & infinitum, quod commoda ratione intelligendum eft, ut fenfus compleatur.

De Adverbii Conftructione.

De Dictionibus, quae flexu carent in pag. 141. & fequ. dictum eft. Hîc earumdem conftructio edocetur. Ufitata eft Hebraeis adverbii repetitio, quae tum gradum fuperlativum, tum diftributionem defignat; fic adverbii loci, vel temporis iteratio, loci, atque temporis diverfitatem denotat; Jof. 8. 20. *Et non fuit in eis manus* לָנוּס הֵנָּה וָהֵנָּה *ad fugiendum huc, & illuc*; &c.

Particulae negandi certis verborum temporibus, modifque praeponuntur: fic לֹא *non* praeter imperativum cunctis temporibus, modifque praeponitur:

אין

אַיִן participio : בִּלְתִּי , בְּלִי , בַּל praeterito, & futuro. Item particulae dehortandi, & deprecandi אַל *ne*, & פֶּן *ne forte* futuro praeponuntur; Jos. 7. 3. אַל־תְּיַגַּע שָׁמָּה אֶת־כָּל־הָעָם *ne laborare facias illuc omnem populum :* sic Gen. 3. 22. *Et dixit Dominus Deus* . . . פֶּן־יִשְׁלַח יָדוֹ *ne forte mittat manum suam* .

Hîc abs re non erit adnotare, negationes לא atque אַיִן dictioni כּוֹל *omnis* praepositas *nullus* esse reddendas; Ps.49. 18. כִּי לֹא בְמוֹתוֹ יִקַּח הַכּוֹל *quoniam non in moriendo ipsum accipiet omnia*, h. e. *nihil accipiet*.

Advertendum est particulam *negantem* antecedentis sententiae, non raro ad sequentem extendi; Psal. 9. 19. כִּי לֹא לָנֶצַח יִשָּׁכַח אֶבְיוֹן תִּקְוַת עֲנִיִּים תֹּאבַד לָעַד׃ *Quoniam non in aeternum oblivioni erit egenus : expectatio pauperum peribit in perpetuum* , h. e. *non peribit*. Idem dicendum de particulis לָמָּה *quare ?* כַּמָּה *quoties ?* אֵיכָה *quomodo ?* עַד־מָתַי *quousque?* &c. & de nomine, pronomine, & verbo.

In-

Interdum vox ex ſententia ſequente ad antecedentem retrahi debet; Proverb. 13. 1. בֵּן חָכָם מוּסַר אָב וְלֵץ לֹא־שָׁמַע גְּעָרָה *filius ſapiens eruditioni patris: & deriſor non auſcultat increpationi*; verbum שָׁמַע ad praecedens retrahi debet, h. e. *auſcultat eruditioni Patris*.

De conditionali particula אִם *ſi* adnota, in juramentis adhiberi, atque negationem ſaepe denotare, Gen. 42. 15. חֵי פַרְעֹה אִם־תֵּצְאוּ מִזֶּה *vivat Pharao ſi exibitis hinc*, h. e. *non exibitis hinc*: ſi vero particulae neganti לֹא jungitur, negationem deſignat; Iſ. 14. 24. *Juravit Dominus exercituum, dicendo*: אִם־לֹא כַּאֲשֶׁר דִּמִּיתִי כֵּן הָיָתָה *ſi non quemadmodum cogitavi, ita fiet*, h. e. *ita fiet ut cogitavi*.

Quod ad praepoſitiones attinet, ſciendum eſt interdum aliam ſignificationem a primaria obtinere: ut אֶל *ad* uſurpatur etiam pro *in*, *cum*, *ex*, *ſuper*: ſic אֵת quae accuſandi caſum deſignat, redditur quoque pro *ab*, *ex*, *cum*, *ad*, *adverſum*, *per*: idem de *praefixis* quae prae-

praepositionum vicem gerunt, dicendum est, uti pag. 56. traditum est. Haec ex Lexicis facillime hauriuntur.

Tandem *Interjectiones* in Syntaxi nihil peculiare sibi postulant.

De Numeris Hebraeorum.

Numeratio per litteras

Hebraei in notandis numeris litterarum alphabeti adminiculo utuntur, ut sequitur.

9	8	7	6	5	4	3	2	1
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
90	80	70	60	50	40	30	20	10
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י
900	800	700	600	500	400	300	200	100
ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק
9000	8000	7000	6000	5000	4000	3000	2000	1000
טא̇	חא̇	זא̇	וא̇	הא̇	דא̇	גא̇	בא̇	א̇

Monadici sunt ab א usque ad ט.
Denarii sunt a י usque ad צ.
Centenarii sunt a ק usque ad ץ; quam-

quamvis quinque poſtrema centenaria, quae finalibus litteris ſcribuntur; aliter deſignari poſſunt, nim. תק 500. תר 600. תש 700. תת 800. תתק. 900.

Millenarii ſunt ab א uſque ad טא.

Ultra decem numeratio fit adjiciendo monadicum denariis, centenariis, & millenariis; ut יא 11. יב 12. יג 13. ſic כא 21. כב 22. ſic קא 101. קב 102. ſic אא 1001. אב 1002. & ſic deinceps.

Pro יה 15. adhibent טו 9. & 6. ne divinum nomen יָהּ in uſu numerandi quodammodo profanetur.

De Numeris Cardinalibus, & Ordinalibus.

Maſc. gen.	*Cardinales*	*Fem. gen.*
אֶחָד *unus.*		אַחַת *una.*
שְׁנַיִם *duo.*		שְׁתַּיִם *duae.*
שְׁלֹשָׁה *tres.*		שָׁלוֹשׁ *tres.*
אַרְבָּעָה *quatuor.*		אַרְבַּע *quatuor.*
חֲמִשָּׁה *quinque.*		חָמֵשׁ *quinque.*

ששה

שִׁשָּׁה *sex.*	שֵׁשׁ *sex.*
שִׁבְעָה *septem.*	שֶׁבַע *septem.*
שְׁמוֹנָה *octo.*	שְׁמוֹנֶה *octo.*
תִּשְׁעָה *novem.*	תֵּשַׁע *novem.*
עֲשָׂרָה *decem.*	עֶשֶׂר *decem.*

Hic advertas velim, quod numeri masc. generis a *tribus* ad *decem* femininam, quique fem. gen. masculinam terminationem obtineant.

Legitur etiam אַחַד pro אֶחָד, & אֶחָת pro אַחַת. Masculina in regimine fiunt; אַחַד, שְׁנֵי, שְׁלֹשֶׁת, אַרְבַּעַת, חֲמֵשֶׁת, שֵׁשֶׁת, שִׁבְעַת, שְׁמוֹנַת, תִּשְׁעַת, עֲשֶׂרֶת.

Feminina in regimine fiunt; אַחַת, שְׁתֵּי, שְׁלֹשׁ, אַרְבַּע, חֲמֵשׁ, שֵׁשׁ, שְׁבַע, שְׁמֹנֶה, תְּשַׁע, עֶשְׂרֵה.

A *decem* usque ad *viginti* hoc pacto nectuntur, nim. numerus minor majori עָשָׂר *decem* praeponitur, si numeri masc. gen. sint exprimendi, e. g. אַחַד עָשָׂר *unus decem*, h. e. *undecim*, שְׁנֵים עָשָׂר, *duodecim*, שְׁלשָׁה עָשָׂר *terdecim*, &c.

Fe-

Feminini generis vero : אַחַת עֶשְׂרֵה *undecim* fem. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה *duodecim*, &c. atque ita porro voci עֶשְׂרֵה *decem* junguntur.

Advertendum eſt nomina שְׁנַיִם, & שְׁתַּיִם cum junguntur aliis numeris, deſinentiam ַיִם in ֵים coaleſcere, uti in adlatis exemplis: cum aliis nominibus aut in ֵי *tzere* cum *jod* contrahi, aut integram terminationem ַיִם manere; ſic dicitur שְׁנֵי סוּסִים, vel שְׁנַיִם *duo equi*.

A viginti uſque in infinitum communis ſunt generis. Sic עֶשְׂרִים *viginti*, שְׁלשִׁים *triginta* אַרְבָּעִים *quadraginta*, חֲמִשִּׁים *quinquaginta*, שִׁשִּׁים *ſexaginta*, שִׁבְעִים *ſeptuaginta*, שְׁמוֹנִים *octoginta*, תִּשְׁעִים *nonaginta*, מֵאָה *centum*, מָאתַיִם *biſcentum*, שְׁלוֹשׁ מֵאוֹת *tercentum* &c. אֶלֶף *mille*, אַלְפַּיִם *biſmille*, שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים *tria millia* &c., רְבָבָה, רִבּוֹ, רִבּוֹא *decem millia*, רִבּוֹתַיִם *bis decem millia*, רְבָבוֹת, רִבֲבוֹת *pluries decem millia*, אַרְבַּעְתַּיִם *quadruplum*, שִׁבְעָתַיִם *ſeptuplum*.

Gen. masc.		Gen. fem.	
Numeri Ordinales.			
רִאשׁוֹן	*primus.*	רִאשׁוֹנָה	*prima.*
שֵׁנִי	*ſecundus.*	שֵׁנִית	*ſecunda.*
שְׁלִישִׁי	*tertius.*	שְׁלִישִׁית	*tertia.*
רְבִיעִי	*quartus.*	רְבִיעִית	*quarta.*
חֲמִישִׁי	*quintus.*	חֲמִישִׁית	*quinta.*
שִׁשִּׁי	*ſextus.*	שִׁשִּׁית	*ſexta.*
שְׁבִיעִי	*ſeptimus.*	שְׁבִיעִית	*ſeptima.*
שְׁמִינִי	*octavus.*	שְׁמִינִית	*octava.*
תְּשִׁיעִי	*nonus.*	תְּשִׁיעִית	*nona.*
עֲשִׂירִי	*decimus.*	עֲשִׂירִית	*decima.*

Ultra decem, ordinalis numerus a cardinali non differt. Dicitur enim אֶחָד עָשָׂר *undecim*, & *undecima*; ſic עַשְׁתֵּי עָשָׂר חוֹדֶשׁ *undecimus menſis*: ſic etiam in feminino עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה יְרִיעוֹת *undecim cortinae*.

Ultra decem in feminino gen. hac ratione numeramus, אַחַת עֶשְׂרֵה, & עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה *undecim* & *undecima*.

Et ſic de reliquis, uti in maſculino genere dictum eſt.

De

De Poësi Hebraica.

Vetus Hebraeorum Ars Poëtica, qua Sacri Vates Moses, David, aliique usi sunt, penitus ignoratur. Quis enim ex recentioribus modos, & versus, quibus Psalmi, varia Cantica ligata, & concinnata fuerunt, satis est assecutus? adhuc nemo. Rabbini novam prorsus Poësin certo syllabarum numero, & quantitate, certaque pedum dimensione constantem excogitarunt. De veteri Hebraeorum poësi, & nova a Rabbinis inventa, ne in hac re jejuni videamur, nonnulla in medium producemus.

De Poësi Sacrae Scripturae non una eademque Eruditorum mens. Nonnullis placuit asserere, Hebraeos in suis carminibus non syllabarum quantitatem, sed numeros tantum modosque observasse, atque hac ratione totam Davidicam versificationem rhythmo fortuito decurrere.

Josephus Antiq. Rom. lib. 11. cap. ult.

ult. Origenes, Caesariensis Eusebius contrarium sentiunt; atque his D. Hieronymus adstipulatur, qui in Prologo in Job. hæc refert: *hexametri versus sunt, dactylo, spondeoque currentes: & propter linguae idioma, crebro recipientes alios pedes, non earumdem syllabarum, sed eorumdem temporum. Interdum quoque rhythmus ipse dulcis, & tinnulus fertur numeris pedum solutis: quod metrici magis, quam simplex lector, intelligunt*. Age nunc ad Rabbinorum Poësim, de qua breviter nonnulla admonenda sunt.

De Syllabis, & Pedibus.

Singula puncta vocalia, quae syllabam conficiunt, longa habentur. *Simplex sceva*, & *triplex compositum*, atque ו *Vau-surek* initiale ante labiales בומף, aut litteram *scevatam* sunt puncta brevia.

Sceva simplex metri caussa quiescere, & mobile esse potest. Item *Sceva compositum* resolvi potest, ut sit mobile, & quiescens.

Tan-

Tandem *pathach suffuratum* peculiarem syllabam constituit, ut שָׂמֵחַ *hilaris*, dictio haec trisyllaba habetur, quae ratione accentus dissyllaba est, & sic de aliis.

Pedes, quibus in suis carminibus conficiendis Hebraei utuntur, duo constituuntur. Primus dicitur תְּנוּעָה *tenubba motio*, unicâ syllabâ constans, ut דָּת *ritus*, לֵךְ *vade*, לוֹ *ei*. Alter appellatur יָתֵד *jated*, *clavus* prima brevi, & secunda longa constans; ut אֲנִי *ego*, פְּקוֹד *visita*, לְמוֹד *disce*: hic jambo respondet.

Porro ex his duobus pedibus varie permixtis alii tres fiunt; primus ex duabus syllabis longis constans, ut דָּבָר *verbum*: alter ex una brevi, & duabus longis, ut מְלָכִים *reges*: tertius ex prima, & tertia longa, & secunda brevi, ut פּוֹקְדִים *visitantes*: hi pedes latinorum, Spondeo, Bacchio, & Cretico respondent. Ex varia horum pedum collocatione, Rabbini decem & octo Carminum genera constituerunt.

De Rhythmo.

Hebraei in ſuis carminibus Rhythmum adhibent, qui חָרֶז *torquis* dicitur, unde שִׁיר חֲרוּזִי *carmen rhythmicum* appellatur. Verſus autem ſimiliter deſinentes in tria genera diſtinguuntur.

Primum eſt, cum duo verſus in eadem conſona, & vocali finiunt, ut פָּקַד, לָמַד *viſitavit*, *didicit*, hoc verſuum genus inſuave eſt, nihilque artis obtinet, & verſus *tolerabiles* nominantur.

Alterum eſt cum duae poſtremae conſonae, & vocales conveniunt, ut אֱמוֹר, שְׁמוֹר *dic*, *cuſtodi*; hi verſus *juſti* appellantur.

Tertium eſt, cum tres poſtremae conſonae, & puncta ſimiliter cadunt, ut גְּבָרִים, דְּבָרִים *viri*, *verba*.

Praeterea litterae, & vocales ſono aut pronunciatione affines in Rhythmi modis uſurpantur, ex. gr. רָה, רֵא: צָה צָא: בָּא פָּא: רוֹן רוֹן &c.

Rhy-

Rhythmus quadruplici modo fieri poteſt

I. Ut ſingulae verſuum clauſulae per totum carmen ſimiliter cadant: atque hoc proprie *Carmen Rhythmicum* appellatur.

II. Ut bina quaeque hemiſtichia eumdem rhythmum finalem habeant.

III. Ut primo hemiſtichio reſpondeat rhythmo tertium, ſecundo quartum.

IV. Ut in octonis hemiſtichiis tria priora quinto, ſexto, & ſeptimo, quartum vero octavo reſpondeant peculiari rhythmo: & hujuſmodi carmen שִׁיר מְחֻלָּק *carmen diviſum* appellatur.

De Carminum Speciebus.

Quatuor Carminum Species enumerantur. Prima dicitur פָּסוּק *Verſus*, & habetur cum verſuum numerus ad decimum non extenditur, quaſi una tantum ſit periodus.

Altera שִׁיר vel שִׁירָה *Canticum*, quod decem, pluresve verſus complectitur.

Tertia שִׁיר פְּשׁוּט *Carmen ſimplex* quatuor ſpondeis conſtans, uniuſque eſt generis; ut

צַדִּיק תָּמִים מָלֵא אֵימִים
מֵאִישׁ דָּמִים עַל לֹא פֶּשַׁע

Juſtus integer repletus eſt terroribus
A viro ſanguinolento ſine iniquitate.

Quarta dicitur שִׁיר מֻרְכָּב *Carmen Compoſitum*; quod ex praedictis pedibus conficitur, cujus decem & octo genera recenſentur. Unius alteriuſve exemplum afferemus, de reliquis brevitatis cauſſa regulas tantum edocebimus.

I. Conſtat jambo, & duobus ſpondeis.

לְכוֹל אַנְשֵׁי מַעַל מְאֹד נַפְשִׁי תִגְעַל׃

Omnes homines mendaces valde anima mea odit.

II. Ex alternis Jambo, & Spondeo.

אֲשֶׁר • יֵלֵךְ בְּדֶרֶךְ רַע
אֲבָל קוֹל צוֹרְרָיו יִשְׁמַע׃

Qui ambulat in via mala
Certe vocem hoſtium ſuorum audiet.

III.

III. Ex Spondeo, Jambo, & Spondeo.

IV. Ex Spondeo, Bacchio, & Jambo.

V. Ex Cretico, Spondeo, & Bacchio.

VI. Ex Spondeo, & duobus Bacchiis.

VII. Ex Spondeo, Jambo, & duobus Spondeis.

VIII. Ex Jambo, duobus Spondeis, & Bacchio.

IX. Ex quatuor Creticis.

X. Ex Jambo, duobus Spondeis, Jambo, & Spondeo.

XI. Ex alternis Spondeo, & Jambo, & Molosso, vel Spondeo.

XII. Ex Jambo, vel Spondeo, Spondeo, vel Jambo, Jambo, Spondeo, & Bacchio.

XIII. Ex Spondeis & Jambis alternatim positis.

XIV. Ex quinque Bacchiis.

XV. Ex Jambo, duobus Spondeis, Jambo, & duobus Spondeis.

XVI. Ex Spondeo, & Jambo ter positis alternatim.

XVII. Ex Bacchio, Jambo, Spondeo, Bacchio, Jambo, & Spondeo.

XVIII. Ex Spondeo, Jambo, duo-

bus

bus Spondeis, Jambo vel Bacchio, & Spondeo.

Qui plura cupit Prosodiam Buxtorfii in Thesauro, R. Eliam, qui hac in re facile princeps, aliosque Rabbinos adeat.

Exercitatio Institutionum traditarum in decem Verba, seu Decalogi Praecepta. Exod. cap.XX.

וַיְדַבֵּר אֱלֹהִים אֵת כָּל־הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה
לֵאמֹור׃ אָנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֲשֶׁר
הוֹצֵאתִיךָ מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם מִבֵּית עֲבָדִים׃

Et locutus est Deus omnia verba ista, dicendo: Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te e terra Aegypti e domo servorum.

וַיְדַבֵּר Futurum formae *Pihel* 3. perf. masc. cum ו *Vau Conversivo*, quod futuro significationem praeteriti tribuit, pag. 61. deest vero *Dagbesc forte* in ['] *jod formativo*, nam puncto [:] *sceva* notatur, pag. 62. Ejus autem radix patet in pag. 150. *de Rad.*

Rad. Investig. a דָּבַר *locutus est*. Denique [:] *sceva* silet, nam est post vocalem brevem, pag. 11. & ב duplicatur ob *dagbesc forte* pag. 14.

אֱלֹהִים Vox est numeri pluralis, cujus singularis est אֱלוֹהַּ *Deus*: effertur autem pluraliter, jungiturque verbo singularis numeri. Accentus inferne ultimae syllabae adjectus est *Athnach* pag. 18.

אֵת Nota est accusativi pag. 40.

כָּל־ Habet *cametz chatuph* ob *makkaph* sequentem pag. 150. pro כּוֹל *omnis*, a rad. כָּלַל *perfecit*; ex *Gemin.* ע *Ain*. Item accentus hic voces inter se colligit pag. 19.

הַדְּבָרִים Prima littera ה est praefixum cum puncto [-] *pathach*, & *dagbesc for.* in sequente littera pag. 58. iccirco geminatur, pag. 14. Reliqua vox in statu absoluto plurali masc. gen. a singulari דָּבָר *verbum*, iccirco primum [ָ] *cametz* mutatum est in [:] *sceva* ob motionem sing. num. in pluralem pag. 36. ultimumque invariatum mansit, ibid. Radix ut supra.

האלה

הָאֵלֶּה Praefixum ה *he* habet [ָ] *cametz* pro [-] *pathach* ob ſequentem litteram, quae *dagheſc* excludit pag. 58. אֵלֶּה eſt pronomen demonſtrativum, pag. 54.

לֵאמֹור Praefixum ל habet [ֵ] *tzere*, nam ſaepe *Chateph-ſegol* [ֱ] in [ֵ] *tzere* contrahitur, pag. 13. Reliqua vox eſt infinitum verbi אָמַר *dixit* ex *Quieſc. Pe-aleph*, pag. 93.

אָנֹכִי Pronomen primae perſonae, pro אֲנִי pag. 46.

יְהוָה Nomen eſt proprium Dei a divina Eſſentia deſumtum, cujus rad. eſt הָוָה, vel הָיָה *fuit* pag. 109. Puncta voci יְהוָה ſubſcripta, non ſunt ipſius יְהוָה, ſed vocis אֲדֹנָי, cum germana hujus divini nominis pronunciatio penitus ignoretur. Cur autem huic nomini aliena puncta ſubſcribantur, ejuſque vera pronunciatio ignoretur, legere eſt Card. Bellarminum, in Pſal. XXXIII. 1. & Joannem Buxtorfium in hac Radice.

אֱלֹהֶיךָ Nomen plurale, cum affixo ſecundae perſ. ſicut שִׁירֶיךָ pag. 48.

אשר

אֲשֶׁר Pronomen Relativum pag. 55. Rad. אָשַׁר *incessit*.

הוֹצֵאתִיךָ Prima perf. praeter. *Hiphil* a verbo יָצָא *exivit* pag. 118. cum affixo 2. perf. masc. pag. 140.

מֵאֶרֶץ Praefixum מ habet [..] *tzere* ob gutturalem, quae daghesc excludit, pag. 57. אֶרֶץ *terra* nomen *milhhel* pag. 19. Rad. רָצַץ *attrivit*.

מִצְרַיִם Num. dual. hoc nomen obtinuit a *Misraim* filio Cham. Gen.X. 6.

מִבֵּית Vox contracta ob Regimen, a בַּיִת *domus*, pag. 42. ob præfixum מ prima consona ב habet *daghesc*, pag. 56. sunt qui vocem hanc deducunt a בָּנָה *ædificavit*.

עֲבָדִים Nomen plur. gen. masc. a sing. עֶבֶד pag. 36. Rad. עָבַד *servivit*.

I.

לֹא יִהְיֶה לְךָ אֱלֹהִים אֲחֵרִים עַל־פָּנָיַ׃

Non erit tibi Deus alienus coram me.

לֹא Particula negans pag. 142.

יִהְיֶה Futurum 3. perf. masc. ab הָיָה *fuit* de *quiesc. lamed-he* pag. 109.

לְךָ

לְךָ Dativus pronominis 2. perf. pag. 45.

אֲחֵרִים Plural. a fing. אַחֵר *alius*. Rad. אַחַר *poſt*.

עַל־ Praepoſitio pag. 142. rad. עָלָה *aſcendit*.

פָּנָי׃ A plurali פָּנִים *vultus* abſque ſingulari pag. 38. rad. פָּנָה *aſpexit*: in fine habet (ָ) *cametz* pro *pathach* ob accentum pauſantem pag. 148.

II.

לֹא תַעֲשֶׂה לְךָ פֶסֶל וְכָל־תְּמוּנָה אֲשֶׁר
בַּשָּׁמַיִם מִמַּעַל וַאֲשֶׁר בָּאָרֶץ מִתָּחַת
וַאֲשֶׁר בַּמַּיִם מִתַּחַת לָאָרֶץ׃ לֹא־תִשְׁתַּחֲוֶה
לָהֶם וְלֹא תָעָבְדֵם כִּי אָנוֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ
אֵל קַנָּא פוֹקֵד עֲוֹן אָבוֹת עַל בָּנִים עַל
שִׁלֵּשִׁים וְעַל־רִבֵּעִים לְשֹׂנְאָי וְעֹשֶׂה חֶסֶד
לַאֲלָפִים לְאוֹהֲבַי וּלְשֹׁמְרֵי מִצְוֹתָי׃

Ne facias tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem eorum, quae in caelo deſuper, & quae in terra deorſum, & quae in aquis ſub terra. Non adorabis ea, neque coles ea, quia Ego Dominus

nus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, adversus ternos, & adversus quaternos osorum meorum: & faciens benignitatem in millia iis, qui diligunt me, & custodiunt praecepta mea.

לא Particula negans ante futurum pag. 171.

תַּעֲשֶׂה 2. persona futuri *Kal* rad. עָשָׂה *fecit* de *Quiesc. Lamed he* pag. 103.

פֶּסֶל Nomen *milbhel* a rad. פָּסַל *sculpsit*.

תְּמוּנָה Vox fem. a מון.

בַּשָּׁמַיִם Praefixo ב *pathach* subscribitur ob ה *he* exclusum, & ש habet *daghesc* pag. 64. Reliqua vox numero sing. & plur. caret pag. 38. Quidam a שָׁם *ibi*, & מַיִם *aqua* deducunt.

מִמַּעַל Vox composita ex praef. מ pag. 56. & præpositione עַל pag. 142. Rad. עָלָה *ascendit*.

מִתַּחַת Ipsa radix cum præf. מ.

תִשְׁתַּחֲוֶה. Persona 2. masc. futuri *Hithpahel*. Rad. שָׁחָה *prostravit*.

לָהֶם Dativus plur. pronominis 3. pers. הוא *ille* pag. 45.

תעבדם

תְּעָבְדֵם pro תַּעַבְדֵם futurum 2. perſ. ſing. ex *Kal*; habet affixum 3. perſ. maſc. plur. pag. 131. Rad. עָבַד *ſervivit.*

כִּי Particula cauſſalis pag. 143.

אֵל *Deus*, a fortitudine (per antonomaſiam) ſic appellatus. In ſingulari tantum de Deo dicitur. In plur. אֵלִים *fortes* Rad. איל.

קַנָּא Subſtantivum. Rad. קנא *Pih.* קִנֵּא *zelotypus fuit.*

פּוֹקֵד *Benoni* in *Kal*, pag. 69. Rad. פָּקַד.

עָוֹן Subſtantivum. Rad. עָוָה *inique egit.*

אָבוֹת Nomen plur. a ſing. אָב *Pater* a propenſa voluntate erga liberos, quaſi *Benevolus* dictus. Rad. אָבָה *voluit.*

בָּנִים A ſingulari בֵּן. Rad. בָּנָה *aedificavit.*

שִׁלֵּשִׁים Nomen maſc. plur. abſque ſingulari pag. 38. *tertiani*, tertiae generationis nepotes. Rad. שָׁלֹשׁ *tres.*

רִבֵּעִים Nomen plur. ut ſupra. Rad. רָבַע *quadratum eſſe.*

לְשֹׂנְאָי Prima littera ל genitivi eſt nota

nota, pag. 40. Reliqua vox est *benoni* שֹׂנֵא in plurali num. cum affixo primae pers. ut שִׁירַי pag. 48. in fine habet *cametz* ob accentum pausantem pag. 148. Rad. שָׂנֵא *odio habuit*, ex *Quiesc. Lamed-aleph*, quae etiam in *tzere* desinunt pag. 102.

וְעוֹשֶׂה *Benoni* verbi עָשָׂה *fecit* ex *Quiesc. Lamed-he* pag. 103.

חֶסֶד Substantivum. Rad. ipsa.

לַאֲלָפִים Praefixum ל habet *pathach* ob sequ. gutturalem p. 12. & 14. Reliqua vox est a sing. אֶלֶף *mille*. Rad. est אָלַף *didicit*.

לְאֹהֲבַי. Praefixum ל habet proprium *sceva*. Est *Benoni* plur. num. אֹהֵב cum affixo primae pers. sing. ut שִׁירַי pag. 48. Rad. אָהַב *dilexit*.

וּלְשֹׁמְרֵי Servilis littera ו *vau* pro *sceva* habet *surek* ob sequens *sceva*, quod praefixo ל subscribitur. Reliqua vox est *benoni* in regimine plur. pro שׁוֹמְרִים, ubi desinentia ים in ֵי mutata est pag. 43. Rad. שָׁמַר *custodivit*.

מִצְוֹתָי: Nomen plur. fem. cum affixo primae pers. a singulari מִצְוָה. Rad. צִוָּה Pih. *praecepit*.

N III.

III.

לֹא תִשָּׂא אֶת־שֵׁם־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לַשָּׁוְא
כִּי לֹא יְנַקֶּה יְהוָה אֵת אֲשֶׁר־יִשָּׂא אֶת־
שְׁמוֹ לַשָּׁוְא׃

Ne assumas nomen Domini Dei tui frustra: quia non insontem habebit Dominus (illum) qui assumserit nomen ejus frustra.

תִשָּׂא Futurum 2. perf. masc. a Rad. נָשָׂא *tulit*, verbum est *utrinque* imperfectum *Pe-nun Lamed-aleph* pag. 119.

שֵׁם. Radix ipsa.

לַשָּׁוְא. Praefixum ל habet punctum ה ejecti, & שׁ habet *daghesc*. Reliqua vox est ipsa radix.

יְנַקֶּה Futurum 3. perf. masc. ex forma *Pihel*. Rad. נָקָה *purus fuit*, ex verbis utrinque imperfectis *Pe-nun Lamed-he* p. 119.

IV.

זָכוֹר אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת לְקַדְּשׁוֹ׃ שֵׁשֶׁת
יָמִים תַּעֲבֹד וְעָשִׂיתָ כָּל־מְלַאכְתֶּךָ׃ וְיוֹם
הַשְּׁבִיעִי שַׁבָּת לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ לֹא תַעֲשֶׂה
כָל־מְלָאכָה אַתָּה וּבִנְךָ־וּבִתֶּךָ עַבְדְּךָ
ואמתה

וַאֲמָתְךָ וּבְהֶמְתֶּךָ וְגֵרְךָ אֲשֶׁר בִּשְׁעָרֶיךָ׃
כִּי שֵׁשֶׁת־יָמִים עָשָׂה יְהוָֹה אֶת־הַשָּׁמַיִם
וְאֶת־הָאָרֶץ אֶת־הַיָּם וְאֶת־כָּל־אֲשֶׁר־בָּם
וַיָּנַח בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי עַל־כֵּן בֵּרַךְ יְהוָֹה
אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת וַיְקַדְּשֵׁהוּ׃

Memento diei Sabbathi, ut sanctifices eum: Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum. Et die septimo Sabbathum Domini Dei tui: ne facias omne opus tu, & filius tuus, & filia tua, servus tuus, & ancilla tua, & jumentum tuum, & advena tuus, qui in portis tuis. Quia sex diebus fecit Dominus caelum, & terram, mare, & omnia, quae in eis, & requievit in die septimo: iccirco benedixit Dominus diei Sabbathi, & sanctificavit eum.

זָכוֹר Infinitus *Kal* pro imperativo pag. 169. Rad. זָכַר *recordari.*

יוֹם Radix ipsa.

הַשַּׁבָּת *Requies, hebdomada.* Rad. שָׁבַת *cessavit.*

לְקַדְּשׁוֹ Gerundium ex infinito *Pihel,* & praefixo ל p. 76. habet affixum 3.

 perf.

perſ. & *tzere* in *ſceva* mutatum eſt ob affixum pag. 136. Rad. קָדַשׁ *parari*.

שֵׁשֶׁת Numerus Cardinalis in ſtatu conſtr. Rad. שֵׁשׁ *ſex*.

מְלַאכְתֶּךָ׃ Habet affixum 2. perſ. m. ut שִׁירְךָ pag. 48. pro *ſceva* ſimplici habet *ſegol* ob Accent. pauſ. pag. 149. Rad. מַלְאָךְ לאך *Legatus*.

הַשְּׁבִיעִי Praefixum ה *he* ſequitur numerus ordinalis, p. 178. Rad. שֶׁבַע *ſeptem*.

לַיהוָה Praef. ל habet *pathach* ejecto *ſceva*.

אַתָּה Pronom. 2. perſ. maſc. pag. 45.

וּבִנְךָ Praef. habet *ſurek* ob labialem ב. Reliqua vox coaluit ex affixo 2. perſ. maſc. pag. 48. & ex nomine בֵּן: qua ratione punctum *tzere* mutatum ſit in *chirek*, quaerendum eſt in pag. 51. Rad. בָּנָה *aedificavit*.

בִּתֶּךָ Cum affixo 2. perſ. a בַּת *filia*, quaſi ex בֶּנֶת, uti *dagheſc* demonſtrat.

עַבְדְּךָ Habet affixum 2. perſ. m. p. 48. Rad. ut ſupra p. 189. v. ult.

וַאֲמָתְךָ Vox coaluit ex praefixo, quod puncto *pathach* notatur ob gutturalem ſequ. & affixo 2. perſ. maſc. Rad. אָמָה *ancilla*.

בהמתך

בְּהֶמְתֶּךָ *Animal*, *jumentum*. Rad. בהם. Habet affixum 2. perf. m., & in penult. *segol* ob Accentum pauf.

וְגֵרְךָ Nomen fubftantivum cum affixo 2. perf. m. Rad. גור *peregrinari*.

בִּשְׁעָרֶיךָ Praefixum בְּ habet *chirek* pro *sceva* ne duo *sceva* fimul concurrant. Rad. שָׁעַר *horruit*: inde שַׁעַר *porta*, plur. שְׁעָרִים pag. 37.

הַיָּם Praefixum ה *he*, hîc demonftrativum eft cum *pathach*, fequente *daghesc*, p. 58. יָם *mare* num. fing. in plurali יַמִּים fignificat etiam generatim quamlibet aquarum collectam multitudinem.

בָּם Vox coaluit ex praef. ב, & affixo ם 3. perf. mafc. pag. 67.

וַיָּנַח Eft hîc ו *Converfivum*, quod futuro praefixum, more praeter. explicatur pag. 62. atque ob idem ו definit in *pathach*, accentumque retrahit ibid. Rad. נוח *quievit* ex *quiefc. Ain-vau* pag. 97.

עַל־כֵּן Hae duae voces per *makkaph* conjunctae (quarum prior eft praepofitio, altera adverbium fimilitudinis) conjunctioni tribuuntur, cum reddantur, *ideo*, *propterea*.

ברך

בֵּרַךְ Praet. formae *Pihel* 3. perſ. ſing. maſc. litterae ב ſubſcribitur *tzere* ob ר *reſc* quae *dagheſc* excludit pag.78.

יְקַדְּשֵׁהוּ Futurum 3. perſ. maſc. in *Pihel* perfectorum, cum affixo 3. perſ. maſc. iccirco *tzere* in *ſceva* mutatum eſt pag. 136. Rad. ut ſupra.

V.

כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ וְאֶת־אִמֶּךָ לְמַעַן יַאֲרִיכֻן יָמֶיךָ עַל הָאֲדָמָה אֲשֶׁר־יְהוָֹה אֱלֹהֶיךָ נוֹתֵן לָךְ׃

Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut prolongentur dies tui ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi.

כַּבֵּד Imperativ. formae *Pihel*. Rad. כָּבַד *grave eſſe, honorari.*

אִמֶּךָ Cum affixo 2. perſ. maſc. Rad. אמם אֵם *mater.*

לְמַעַן Praepoſitio cauſſalis.

יַאֲרִיכֻן Fut. 3. perſ. maſc. plur. in forma *Hiphil* in fine habet נ paragog. pag. 147. Rad. אָרַךְ *prolongari.*

הָאֲדָמָה Eſt hîc ה *he* notificativum. Rad. אָדַם *rubere*, אֲדָמָה *terra.*

נוֹתֵן *Benoni* verbi *utrinque* imperfecti נָתַן *dedit.*

לך׃

לָךְ Dativus pronom. 2. perſ. m. ob accentum pauſan. puncta transpoſita ſunt pro לְךָ pag. 149.

VIII. VII. VI.

לֹא תִרְצָח׃ לֹא תִנְאָף׃ לֹא תִגְנֹב׃

Ne occidas. Ne ſis mœchus. Ne facias furtum.

תִּרְצָח Fut. 2. perſ. m. in *Kal*. Rad. רָצַח *occidit.*

תִּנְאָף Fut. 2. perſ. m. Rad. נָאַף *mœchatus fuit*, ex *defect. Pe-nun.* pag. 86.

תִּגְנֹב Fut. 2. perſ. m. Rad. גָּנַב *furatus eſt.*

IX.

לֹא־תַעֲנֶה בְרֵעֲךָ עֵד שָׁקֶר׃

Ne loquaris in proximum tuum teſtimonium falſum.

תַּעֲנֶה Fut. 2. perſ. m. Rad. עָנָה *reſpondit: teſtificatus eſt.*

בְּרֵעֲךָ Eſt hic praef. ב, & affixum 2. perſ. m. Rad. רָעָה *paſcuit:* a quo רֵעַ *amicus.*

עֵד Nomen ſubſtantiv. Rad. עוּד *Hiph.* הֵעִיד *teſtatus eſt.*

שקר

שָׁקֶר pro שֶׁקֶר ob accentum pauſ. pag. 148. Rad. שָׁקַר *mentiri*.

X.

לֹא תַחְמוֹד בֵּית רֵעֶךָ לֹא תַחְמוֹד אֵשֶׁת רֵעֶךָ וְעַבְדּוֹ וַאֲמָתוֹ וְשׁוֹרוֹ וַחֲמוֹרוֹ וְכֹל אֲשֶׁר לְרֵעֶךָ׃

Non concupiſcas domum proximi tui, nec deſideres uxorem proximi tui, aut ſervum ejus, aut ancillam ejus, aut bovem ejus, aut aſinum ejus, aut quidquam quod proximi tui.

תַּחְמוֹד Fut. 2. perſ. m. pro תַּחְמֹד pag. 13. Rad. חָמַד *deſideravit*.

בֵּית Vox contracta a בַּיִת *domus* ob Regimen pag. 42.

אֵשֶׁת vox fem. ab אִישׁ *vir*.

שׁוֹרוֹ Eſt hic affixum 3. perſ. m. Rad. שׁוֹר *cantavit*.

חֲמוֹרוֹ Habetur idem affixum. Rad. חָמַר *turbari*.

F I N I S.

S. R. M.

SIGNORE

LI Stampatori Raimondi desiderando dare alle stampe un' opera di D. Carmine Santoro Sacerdote Napoletano Professore nella Regia Università di questa Città, intitolata *Institutiones Linguae Hebraicae &c.* Ricorrono dalla Clemenza di V. M. per averne il permesso, e commettersene la revisione a chi meglio Le parrà. E l' avrà a grazia, ut Deus ec.

Adm. Rev. D. Nicolaus Ignarra in hac Regia Studiorum Universitate Professor Primar., revideat & in scriptis referat. Datum Neapoli die 19. mensis Junii 1771.

NICOLAUS EPISC. PUT. C. M.

N*Emo non videt, in deligendis Grammaticae magistris parem diligentiam, ac in nutricibus, esse impendendam. Nam sicuti providendum est, ut futurae nutrices sedulae sint, recte moratae, & quoad ejus fieri potest, excultae, ne per earum imperitiam tenella infantium membra distorqueantur, aut per inscitiam errores cum lacte sugantur; sic in eruditione linguarum eos adsciscì necesse est doctores, exercitati qui sint, &*

in

in arte optime versati. In hunc quidem censum venit Cl. V. Carminus Santorus, a quo majorem in his Linguae Hebraicae Institutionibus a se datis neque diligentiam neque perspicuitatem desideraris: quocirca danda strenuo auctori facultas videtur, ut hasce Institutiones, nihil omnino contra Jura Regia molientes, typis committat. Neapoli VIII. Kal. Jul. Anni 1771.

Nicolaus Ignarra.

Die 27. mensis Augusti 1771. Neapoli

Viso rescripto suæ Regalis Majestatis sub die 17. *currentis mensis, & anni ac relatione Rev. D. Nicolai Ignarra, de Commissione Reverendi Regii Cappellani Majoris, ordine præfatæ Regalis Majestatis.*

Regalis Camera Sanctæ Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma præsentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Reverendi Revisoris; verum in publicatione servatur Regia Pragmatica hoc suum.

GAETA. VARGAS MACCIUCCA.

Ill. Marchio Citus Præses S. R. C. & cæteri Ill. Aul. Præfecti tempore subscriptionis imped.

Vidit Fisc. R. C.

Reg. fol.

Carulli. Attanasius.

Adm.